IN NOMINE SANCTISSIMAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS INCIPIVNT SOCIETATES VARIAE AC primo Confraternitas sub inuocatione Sacratissimi Corporis Christi instituta.

SOCIETAS CORPORIS CHRISTI

IN CHRISTI NOMINE AMEN.

Nos Marcellus TT. S. Crucis in Hierusalem S. R. E. Presb. Card. Ceruinus nun-
cupatus piae ac vniuersalis Confraternitatis Sacratissimi corporis Domini nri Iesu
Chri in Ecclesia domus Beatae Mariae super Mineruam de urbe Ordinis frum Praedi-
catorum institutae protector, et defensor vniuersis et singulis pntes Publicum tran-
sumpti instrumentum inspecturis, visuris, lecturis, pariter et auditturis, Salutem in Do-
mino sempiternam. Fidem facimus, et attestamur. Qualiter Fe. Re. Paulus. Diuina pro-
uidentia Papa III. uolens dictae confraternitatis confratres aliquibus spualibus prose-
qui muneribus, quasdam eis concessit litteras tenorem qui sequitur continentem.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dominus nr
Iesus Chrus, transiturus de hoc mundo ad prem, in vltima caena, qua pascha cum di-
scipulis suis manducauit, admirabile Sacramentum praeciosissimi corporis, et sangui-
nis sui instituit per quod vniuersi Chricolae memoriam suae charitatis eximiae, quam in sua
passione, hora eius appropinquante ondit, recolerent vnde nos illius vices licet immeriti
gerentes in terris, debitum censemus, vt ea quae in huius sacrosancti Sacramenti hono-
rem et venerationem: ex pia chrifidelium deuotione digne ordinata comperimus, vt
perpetuis futuris temporibus permaneant, prompta deuotione, prout decet apostoli-
co praesidio, solidemus, et ut ad id fidelium eorundem vota facilius concurrant fide-
les ipsos spiritualibus muneribus prosequamur, et eorum pia suffragia donis caelestibus
confoueamus, vt exinde diuinae gratiae aptiones reddantur, et Sacramentum ipsum in die
peregrinationis extremae sibi fore viaticum salutare mereantur. Sane pro parte dilectorũ
filiorum vniuersorum confratrum confraternitatis. sub inuocatione Sacratissimi corporis
Chri in Ecclesia domus Beatae Mariae super Mineruam de urbe Ordinis Fratrum Prae-
dicatorum institutae, nobis super exhibita petitio continebat. Quod nuper nonnulli ci-
ues Rom. et curiales chrifideles pie considerantes Sacratissimum Eucharistiae Sacra-
mentum praedictum in parochialibus Eccl: dictae Vrbis minus honorifice et in locis ab-
iectis sine vlla veneratione conseruari. et cum per ipsam vrbem, pro comunione infirmorũ
deferendum erat, ab uno tantum capellano sine vllis decore et reuerentia solitum defer-
ri, ac singulari deuotione ducti, cupientes praemissis et ut eidem Sacramento, honor, cul-
tus, et veneratio debite exhiberentur, quantum in eis erat prouidere, vnam societatẽ
seu confraternitatem vtriusque sexus, sub inuocatione eiusdem sacratissimi corporis Chri
in dicta Ecclesia de Minerua ordinarunt, et instituerunt ac pro eius salubri directio-
ne, et incremento inter alia quod confratres Confraternitatis huiusmodi pro tempo-
re exnts seu ab eis per singulas vrbis praedictae deputati aut deputandi, diligenter, ac
omni cura, ac studio facerent et procurarent. Quod sacramentum huiusmodi tam in
de Minerua, quam singulis alijs parochialibus Ecclesiis vrbis huiusmodi ea qua
decet veneratione, in loco honorificato, et honesto lampadibus accensis. die noctuque

conseruaretur, et custodiretur, et si earundem Eccl. redditus ad id non sufficerentur ipsi confratres illis de necessariis ad huiusmodi opus, nec non ad emendum vnum pallium pro singulis Eccl. praedictis cum quo Sacramentum ipsum quociescumque illud pro communione infirmorum extra Eccl. deferendum esset, deferri deberet prouiderent. Ac quod Rector cuiuslibet ex ecclesiis praedictis, seu illius locum tenens quotienscumque esset necessarium sacramentum huiusmodi alicui infirmo ministrari, et ad illius domum deferri, campanam suae eccl. certis ictibus pulsari facere teneretur, ad hoc vt confratres vicini parochie illius eccl. se moneri, et conuocari ad associandum sacramentum ipsum cognoscerent, et per seipsos, associare, si legitimo impedimento detenti non forent: Alioquin per vnum de suis dignioribus familiaribus Sacramentum praedictum ad domum dicti infirmi facibus accensis associari, et comitari facere tenerentur: Ac quod vtriusque sexus personae Confraternitatis huiusmodi confratres pro tempore existentes: Tertia quoque dominica cuiuslibet mensis totius anni indicta Eccl. de Minerua congregari, et inibi vnam missam in cantu, vel alta celebrari facere, ac in eleuatione praefati Sacramenti faces accensas habere deberent, necnon prima die Veneris statim post festum Corporis Christi immediate sequenti, solennem processionem extra, et circum praefatum Eccl. de Minerua Sacramentum praedictum honorifice facibus accensis defferendo annuatim facere, et si aliquem ex confratribus confraternitatis huiusmodi aegrotari contigeret, Rector aut electus nominatus Eccl. cuius dictus parochianus infirmus existeret vna cum alio Confratre eiusdem confraternitatis per Rectorem seu Electum Nominatum huiusmodi pro tempore eligendo dictum infirmum visitare, et ad confitendum peccata sua, ipsumque Sacramentum suscipiendum peccata sua, ipsumque Sacramentum suscipiendum praeadhortari et commonere, nec non singulis hebdomadis totius anni, ipsi vtriusque sexus Confratres quinquies Orationem Dominicam et tociens Salutationem Angelicam in commemorationem dicti Sacramenti deuote recitare, et commemorare tenerentur, ac mulieribus confratribus dictae Confraternitatis quibus indicens esset per dictam vrbem vagari ad associandum dictum Sacramentum, vt quotiens signum campanae audirent flexis genibus orationem Dominicam, et salutationem Angelicam huiusmodi quinquies, vt praefertur, recitando omnes et singulas gratias et indulgentias, confratribus Confraternitatibus huiusmodi pro tempore concessas consequerentur, per nos concedi procurare statuerunt, et ordinarunt, prout in instrumentis seu aliis documentis desuper confectis, plenius contineri dicitur. Ac dilectum filium nostrum Alexandrum S. Mariae in via lata Diaconum Car. de Caesarinis nuncupatum in protectorem dictae Confraternitatis elegerunt. Quare pro parte eorundem confratrum nobis fuit humiliter supplicatum, vt institutioni Confraternitatis ac statutis et ordinationibus huiusmodi pro illorum subsistentia firmiori, robur apost. confirmationis adiicere, ac alias in premissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur tantum Sacramentum omni laude et Veneratione dignum a cunctis fidelibus, vt per hoc desideratam salutem consequi valeant honorari, laudari, et magnificari summis desyderiis exoptantes, ac omnipotenti Deo, quod tam saluberrima tamque necessaria, et vtilia opera nostro tempore exerceri inceperint, gratias agentes, et vt illa perpetuo frequententur. ac christifideles praefati eius feruentius insistant Quo nos erga illos amplioribus et specialioribus, gratiis liberaliores: seque per hoc maiori coelestis gratiae deuotione refici posse cognouerint: Quantum cum Deo possumus, prouidere volentes, huiusmodi supplicatio-

cationibus inclinati institutionem Confraternitatis huiusmodi, nec non praedi-
cta ac omnia et singula alia per eosdem Confratres circa praemissa statuta et
ordinata, ac prout illa concernunt omnia, et singula in instrumentis seu docu-
mentis desuper confectis praedictis, contenta et inde secuta quecunque ex certa
nra sciencia auct. Apost. tenore praesentium approbamus, et confirmamus, ac
omnes ac singulos iuris, et facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem
supplemus, illisque perpetue firmitatis robur adiicimus, et ea per ipsarum pa-
rochialium Eccl. Rectores: seu eorum loca tenentes pro tempore existentes,
et alios ad quos spectat firmiter obseruari debere decernimus. Et nihilo-
minus pro potiori cautela praemissa omnia et singula alia per eosdem confratres,
ut praefertur statuta et ordinata de nouo, auctoritate, et tenore praedictis in per-
petuo statuimus et ordinamus ac confratribus confraternitatis huiusmodi nunc
et pro tempore existentibus ac eorum singulis, quod omnibus et singulis priuile-
giis, Indultis, Exemptionibus, libertatibus, immunitatibus indulgenciis etiam ple-
nariis, et peccatorum remissionibus ac aliis graciis spiritualibus, et temporalibus,
Confratribus imaginis Saluatoris ad sancta sanctorum, nec non Charitatis, ac Ar-
chihospitalis s. Jacobi in Augusta, ac s. Iohannis Bap. nec non SS. Cosme et Dami-
ani nationis Floren. ac hospitalis nri S. Spiritus in Saxia Ordinis S. Augustini et ca-
pi sancti Confraternitatum eiusdem urbis pro tempore existentibus, illorumque ac
Beatae Mariae de populo, etiam de Vrbe Eccl. ac Christifidelibus illas visitantibus
per quoscumque Ro. Pont. praedecessores nros, et successores concessis et concedendis, et
quibus illi utuntur potiuntur, et gaudent ac uti potiri et gaudere poterunt quomodoli-
bet in futurum. Quorum tenores, ac si de verbo ad uerbum insererentur praesentibus pro
expressis haberi volumus, ex nunc et imperpetuum utantur, potiantur, et gaudeant, ac uti
potiri ac gaudere libere, et licite valeant in omnibus et per omnia perinde ac si illa eis
specialiter et expresse concessa fuissent, et in futurum concederentur concedimus, et in-
dulgemus. Ipsaque priuilegia indulta exemptiones, libertates, immunitates et indul-
gencias, etiam plenarias ac peccatoru remissiones, et alias gratias ad confratres con-
fraternitatis Sanctissimi Corporis Chri huiusmodi ac illius capellanos, ministros, et
personas pro tempore existentes eisdem auctoritate et tenore extendimus ac eis
communicamus. Nec non Christifidelibus praefatis qui dictam Confraternitatem Sa-
cratissimi Corporis Chri ingredientur die illorum ingressus huiusmodi plenariam
ad instar Jubilei, ac eorum peccatis prius confessis, et Sacramento huiusmodi per
eos deuote recepto, ter in vita similiter plenariam omnium peccatorum suorum, ipsisque
Confratribus qui praefatum Sacramentum eiusdem infirmis ministrandum associaue-
rint, seu impediti associari, ut praefertur celebrari facere contigerit interfuerint: quo-
tiens id fecerint, centum: Qui vero dictam Eccl. de Minerua diebus Veneris cuius-
libet Hebdomadae totius anni deuote visitauerint, decem annorum, et totidem qua-
dragenarum iniunctarum eis poenitenciarum indulgentias, et remissiones, quotiens
id fecerint in domino concedimus et misericorditer elargimur. Nec non mulieribus
eisdem Confraternitatis, quibus propter honestatem non licet per urbem passim va-
gari, si quotiens signum Campanae huiusmodi audierint, semel Orationem Domini-
cam et totidem salutacionem Angelicam flexis genibus deuote recitauerint: ut oes
et singulas indulgencias concesiones, et gracias aliis fratribus interessentibus
concessas consequantur ac consequi. Ac eisdem utriusque sexus confratribus et
eorum singulis: ut quemcumque presbiterum saecularem, uel cuiusuis Ordinis re-
gularem etiam in mortis articulo, etiam si mors tunc non subsequatur, in suum
possint eligere confessorem, qui eorum confessionibus diligenter auditis eos et eo-
rum singulos, ab omnibus et singulis eorum peccatis criminibus excessibus, et de-
lictis quantumcumque grauibusque et enormibus, per eos, et eorum singulos, pro

tempo-

tempore perpetratis, etiam Sed. Apost. et locorum ordinariis reseruatis, praeterque
a contentis in literis, in die Coenae Domini legi solitis, ter in vita absoluere, et eis poe-
nitenciam salutarem iniungere, necnon eiusdem confraternitatis administratoribus
et Confratribus, pro tempore existentibus, pro illius statu salubriori dirigendo, vt quaecumque
licita, et honesta statuta et ordinationes faelix regimen, et prosperum statum, et guberna-
tionem illorum, et aliorum quarumcumque rerum spiritualium, et temporalium, eos quo-
modolibet concernentia concedere, et facere, eaque quociens videbitur mutare, alterare, limi-
tare, corigere, declarare, modificare, et in melius reformare: quae postquam mutata edi-
ta, alterata, limitata, correcta, declarata modificata, et in melius reformata fuerint, eo ipso
per sedem eandem, confirmata sint, et esse censeantur auctoritate et tenore supradi-
ctis indulgemus ac plenam et liberam desuper facultatem concedimus. Et nihilominus
vt christifidelium deuotio ad tam salubre sacramentum feruentius valescat, ac christifideles
ad illius venerationem et similia charitatis opera exercenda, per amplius excitentur
quod omnes et singulae aliae Confraternitates sub eadem inuocatione Sacratiss. Corporis
Christi vbilibet institutae, et instituendae eisdem priuilegiis, Concessionibus indulgenciis fa-
cultatibus graciis et indultis Confraternitati in Eccl. de Minerua institutae huiusmodi per
nos concessis et concedendis vtantur potiantur et gaudeant, ac vti potiri et gaudere pos-
sint et debeant, ac praefata authoritate etiam praesentium tenore statuimus, et ordinamus;
decernentes, praesentes lras, et in eis contentas indulgencias, et peccatorum remissiones,
sub quibusuis reuocationibus suspensionibus, et modificationibus similium vel dissimi-
lium indulgenciarum et litterarum, etiam per nos et successores nros, ac Cancellariae Apost.
regulis pro tempore editis etiam fauorem Fabricae Basilicae principis Apost. de ea-
dem vrbe, ac Cruciatae sanctae nulla tenus comprehensas, sed ab illis omnino exceptas
esse, et censeri, et sic per quoscumque iudices quauis authoritate fungentes, sublata
eis, et eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctori-
tate, iudicari: et diffiniri debere, ac quicquid secus attentari contigerit irritum
et inane, necnon praesentium transumptis manu notarii publici subscriptis, et sigillo
alicuius curiae Eccl. seu personae in dignitate eccl. constitute muniri, eandem pror-
sus fidem in iudicio et extra adhibendam fore: quae eisdem praesentibus adhi-
beretur, si forent exhibitae vel ostensae. Quocirca venerabilibus fratribus nris
vniuersis. Patriarchis Archiepiscopis et Episcopis ac dilectis filiis Abbatibus,
et aliis personis in dignitate Eccle. constitutis: necnon Metrapolitan: et aliaru
Cathedralium Eccl. Canonicis, ac eorundem Patriarcharum Archiepiscoporu
et Episcoporum Vicariis in spiritualibus et officialibus generalibus vbilibet
constitutis: per Apost. scripta Mandamus quatenus ipsi, vel duo aut vnus eoru
per se vel alium seu alios praesentes lras, et in eis contenta quaecumque vbi et quan-
do opus fuerit, ac quociens pro parte Confratrum Confraternitatis Sacratissimi
Corporis Christi in Eccl. de Minerua institute huiusmodi pro tempore existentiu
desuper fuerint requisiti solenniter publicantes, eisque in praemissis efficacis de-
fensionis praesidio assistentes faciant praesentes litteras, et in eis contenta huius-
modi firmiter obseruari, ipsosque confratres illis pacifice gaudere, non permittentes
eos desuper per quoscumque contra praesentium tenorem, quolibet molestari, contra-
dictores quoslibet, et rebelles per censuras, et poenas Eccl. appellatione postposita
compescendo. Ac quoscumque sua interesse putantes: et per edictum publicum, locis
publicis affigendum, constito sumariae de non tuto ad eos accessu Citando, ac il-
lis necnon aliis, quibus et quociens opus fuerit, inhibendo, censurasque et poenas ipsas
etiam iteratis vicibus aggrauando inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio
brachii secularis. Non obstantibus. Fe. re. Bonifacii Papae VIII praedecessoris nri
qua cauetur ne quis extra suam ciuitatem, vel Diocesim nisi in certis exceptis casibus
et in illis vltra vnam dietam a fine suae Diocesis ad iudicium euocetur, seu ne iudi-
ces ac sede praedicta deputati extra ciuitatem, vel Diocesim, in quibus deputati fuerint
contra quoscumque procedere aut alii vel aliis vires suas commitare praesumant, ac
de duabus dietis in concilio generali edita dummodo vltra tres dietas, ali-

qua authoritate præsentium ad iudicium non trahatur, et quibusuis aliis apostoli-
cis, ac in prouincialibus, ac Synodalibus conciliis æditis generalibus, vel spiritua-
libus, constitutionibus, et ordinationibus, necnon priuilegiis, et indultis Apost.
supradictis, et quibusuis aliis confratribus et personis sub quibusuis tenoribus &
formis, ac cum quibusuis esset derogatoriarum derogatoriis clausulis necnon
irritantibus et aliis decretis concessis, approbatis, et innouatis, quibus oibus
illorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et summa in illis
tradita, obseruata præsentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in
suo robore permansuris, ac vice duntaxat, specialiter et expresse derogamus: con-
trariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter uel diuisim; ab eadem sede sit
indultam, quod interdici suspendi vel excommunicari: aut extra: vel vltra certa lo-
ca ad iudicium euocari non possint: per litteras apost. non facientes plenam, et ex-
pressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo ho-
minum omnino liceat, hanc paginam nrae approbationis, confirmationis, suppletionis
adiectionis, decreti, statuti, ordinationis, concessionis, indulti, voluntatis, extensio-
nis, communicationis elargitionis, mandati, et derogationis infringere vel ei ausu
temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem
Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apost: eius se mouerit incursurum.
DATUM ROMÆ apud S. PETRUM. ANNO
incarnationis Dominicæ. M. D. XXXIX. Pridie. Calend. Decem-
bris. Pont. nri Anno VI. Et deinde cum prælibatus Sanctiss. Dominus
nr Papa infrascriptum Constitutionem, seu Motum proprium edidisset, et publi-
cari fecisset. Constitutionis seu Motus proprii huiusmodi tenorem esset præ-
sentibus inseri fecimus, qui talis est.

PAULUS PAPA III. Motu proprio &c. Ad futuram rei memo-
riam: Ad prouidam circumscriptionem sedis Apost. pertinere dinoscitur, vt
non numquam concessa per eam prout negotiorum, et temporum qualitates exigunt,
ampliet vel restringat, sicut in domino prospicit salubriter expedire. Attendentes
itaque quod sæpenumero contingit diuersis Ecclesiis, Monasteriis, hospita-
libus, Societatibus, Confraternitatibus, et aliis locis piis multiplicibus ex
causis, per sedem easdem etiam per nos diuersa priuilegia, facultates, indul-
gen. et alias gratias ad instar facultatum, indulgent: et aliarum gratiarum, ho-
spitali nro. S. spiritus in Saxia: Societati charitatis: et aliis Eccl. et piis locis almae
vrbis nræ, et forsan aliorum locorum concessorum; concedi, et indulgeri, et sicut habet
fidedignorum assertio Nonnulli Eccl. hospitalium; societatum, Confraternitatum:
et aliorum locorum prædictorum Rectores: Gubernatores: Guardiani, et alii officia-
les, et ministri: priuilegia facultates indulgen. et alias gratias nominatim et specifice
dicto hospitali. S. spiritus Societati charitatis, et aliis locis piis forsan concessa, et
plerumque ad ea quæ eadem sedes, si sibi expressa fuissent minime: concessissent: exten-
dere, et sic extensa publicare, ac illa aliis communicare præsumpserunt, et præsumunt:
eorum officia, gubernationem et administrationem vel exercitia, metas specialium
priuilegiorum indulgenciarum facultatum, & aliarum gratiarum sub prætextu gene-
ralitatis verborum huiusmodi interdum transgredientes, ex quibus grauia scandala
priuatim et publice sunt suborta, et in futurum nisi de supra opportuni prouideatur
grauiora suboriri possent. Nos intendentes in præmissis de oportuno prouideri re-
medio. Motu proprio et ex certa scientia, ac de Apost. potestatis plenitudine
per hanc nostram perpetuo valituram constitutionem. Omnia et singula priuilegia,
facultates, indulgen. et alias gratias quibusuis Eccl. hospitalibus et aliis locis piis,
tam dictæ Vrbis, quam alias, vbique locorum sub dicta generalitate verborum, et ad
instar aliorum priuilegiorum facultatum indulgen. seu aliarum gratiarum dicto hospi-
tali nro. S. SPIRITUS SOCIetati Charitatis et aliis Eccl: et locis piis
hactenus per eandem sedem, et per nos forsan concessorum, ad priuilegia facultates,

indulgen.

indulgen. et alias gratias eis nominatim et specifice concessa, et ad loca ipsa necnon
Collegia, vniuersitates et personas, quibus in specie et particulariter, & citra faculta
tem illa aliis communicandi per eandem sedem & iam per nos concessa sunt, vel in
posterum concedi continget, tenore praesentium restringimus. Ita tamen quod Priuilegiis
et indultis dilectis filiis Confraternitatis sub Inuocatione SANCTISSIMI
CORPORIS CHRISTI in ECCLESIA BEATAE MARIAE
super Mineruam institutae, nominatim, et specifice per nos concessis, omnes et singulae,
aliae Confraternitates sub eadem Inuocatione vbilibet institutae et instituendae vtantur,
potiantur, et gaudeant, perinde ac si cuilibet istarum Confraternitatum in specie et par-
ticulariter priuilegia et indulta ipsa concessa essent Decernen. quascumque alias conces-
siones, priuilegiorum, facultatum indulgen. et aliarum gratiarum sub dicta genera-
litate verborum et ad instar et nominatim, et specifice, vt praefertur per eandem Se-
dem et iam per nos factas, necnon facultates, priuilegia et alias gratias praedictas
et iam nominatim et specifice concessas, aliis communicandi nullius fore et esse robo-
ris, vel momenti districtius inhibentes omnibus et singulis Eccl. hospitalium Socie-
tatum Confraternitatum et aliorum locorum piorum praedictorum, rectoribus guber-
natoribus administratoribus Officialibus et ministris, et aliis ad quos quomodolibet spe-
ctat. Ne de caeteris sub indignationis nrae poena, audeant, vel praesumant publice vel oc-
culti, aut quouis quaesito colore, directe uel indirecte virtute litterarum apost. sub dicta
generalitate verborum per eandem sedem concessarum et concedén. aliquibus priuilegiis,
facultatibus, indul. et gratiis nisi duntaxat per formam specialium priuilegiorum fa-
cultatum et Indul. et aliarum gratiarum eis hactenus nominatim et specifice per Se-
dem eandem et per suas litteras Apost. ac in locis et pro illis personis collegiis. et vniuer-
sitatibus quibus particulariter concessae fuerunt, aut in futurum concedentur, etiam absque
facultate illa aliis communicandi, et non aliter, nec alio quouis modo; et si paria similia
vel minora forent his quae in praefatis litteris Apost sint concessa, vti aut illa quouis
modo exercere, seu publicare, aut illis communicare. Decernen. etiam ex nunc irritu
et inane si secus vel aliter, a quoque quauis authoritate scienter, vel ignoranter, contingeat
in posterum quolibet attemptari, ac praesentes ad priuilegia facultates indulgent. et
alias gratias, in fauorem fabricae basilicae principis Apost. de vrbe illiusque collegio et
officialibus hactenus concessa et conceden. minime se extendere eisdem Collegio et
deputatis dictae fabricae per Apost. scripta mandan. vt praemissa omnia et singula per
illos ad quos spectat, aut spectare poterit quomodolibet in futurum inuiolabiliter obser-
uari mandent et faciant contradictores quoslibet et rebelles per censuras et alias de
quibus sibi uidebitur poenas appellatione postposita auctoritate nrã compescendo.
inuocato si opus fuerit auxilio brachii secularis. Ac volentes auctoritate praefata
quod praesens constitutio cuius solam signaturam nram sufficere illiusque transumptis,
seu copiis manu vnius notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius personae in dignitate
Ecclesiast. constitutae sigillatis fidem adhiberi volumus, et in ualuis Basilicae praefa-
tae, ac acie campi flore affixa et publicata perinde arctet quoslibet, ac si fuisset prae-
sentialiter cuilibet exhibita et praesentata. Non obstan. praemissis et constitutioni-
bus, et ordinat apost. priuilegiis quoque et indultis ac litteris, et iam apost. pfatis
Eccl. hospital. et aliis locis piis rectoribus, et aliis praefatis forsan concessis, quibus
omnium illorum et singulorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis haben-
tes specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque Placet motu
proprio et ita mandamus A. Successus cum nos litteras et motum proprium praeinser-
tos vidissemus, et diligenter inspexissemus, et eosdem omni prorsus vitio, et suspitione ca-
rere reperissemus. Quorum effectum S. D. N. D. IVLIVS diuina prouidentia
PAPA III. Ad suum et Apostolicae sedis beneplacitum publicatione litterarũ
Apostolicarum pntis Anni IVBILEI QVINQVAGESSIMI suspen
derat quoscumque seu quarum ipsum effectum postea aduersus suspensionem huius-
modi viuae vocis oraculo in pristinum, et cum vigorem, in quo ante suspentionem ea-
dem quomodolibet erant restituit, reposuit et plenarie re integrauit praeterquam in

anno.

anno IUBILEI perpetuo valituris) illas ad instantiam totius populi Oppidi NADA-RZIN POZNANIEN. DIOCES. Pro Confraternitate SANCTISSIMI SACRAMENTI in Eccl. Parochiali S. LEONARDI dicti Oppidi er-rigenda dummodo similis gratia prius alteri per nos in praedicto oppido Nadarzin con-cessa non fuerit, per infrascriptum dictae Confraternitatis Secretarium gratis et amore Dei in hac publicam transumpti formam redigi mandauimus et fecimus. Decernentes huic praesenti tran-sumpto, tantam fidem adhibendam fore quantam ipsis originalibus lris et actui proprio ad-hiberetur, si forent exhibiti uel ostensi.

In quorum omnium et singulorum fidem, et testimonium praemissoru pntes lras siue hoc pns publicum instrumentum, exinde fieri et per eundem Secretarium subscribi, et publicari man-dauimus nriqs sigilli iussimus et fecimus apensione muniri.

DATUM ROMAE in aedibus nris sub Anno a Natiuitate Domini M. D. LIIII. Indictione XII. die vero Tertia mensis Aprilis PONT. Praelibati SANCTISS. in chro pris et Domini nri D. IULII Diuina prouidentia PP. PAE III. Anno quinto praesentibus Magnificis Dominis JOANNE MARIA de valle. et JOHANNE GEORGIO de Equitibus Ciuibus Romanis testi-bus ad praemissa vocatis Gratis in omnibus et amore Dei praeter JULIOS XIIII pro membrana et scriptura.

SUMMARIUM.

Obligationum Confraternitatis sub inuocatione SA-CRATISSIMI CORPORIS CHRISTI & Indulgentia-rum specialium.

Obligationes.

1 Ad id deputati diligenter ac omni cura ac studio faciant ac procurent quod Sacramen-tum huiusmodi in loco honorificato et honesto lampadibus accensis die noctuqs conseruaretur.

2 Et si earundem ecclesiarum reditus ad id non sufficerent ipsi confratres illis de neces-sariis eiusmodi prouidere debent

3 Nec non ad emendum pallium cum quo Sacramentum ipsum defferri debet quocies-cumqs pro communione infirmorum extra Ecclesiam defferri debet.

4 Rector cuiuslibet ex Ecclesiis praedictis seu illius locum tenens quociescumqs est ne-cessarium Sacramentum huiusmodi alicui infirmo ministrari, et ad illius domum deferri campanam certis ictibus pulset

5 Ut fratres vicini parochiae illius Ecclesiae se moneri et conuocari cognoscerent et per seipsos associares si legittimo impedimento detenti non forent alioquin per unum de suis dignioribus familiaribus Sacramentum praedictum ac domum infirmi facibus accensis associari et comitari facere tenerent

6 Ad quod utriusqs sexus personae Confraternitatis huiusmodi confratres pro tem-pore existentes tercia quoqs die Dominica cuiuslibet mesis totius anni in eccl.ia co-gregari et inibi unam missam in cantu uel alias celebrari facere ac in eleuatione praefati Sacramenti faces accensas habere deberent.

7. Nec non prima die Veneris statim post festum Corporis Chri immediate sequen-tis solennem processionem extra et circum praefatam Ecclesiam Sacramentum p-dictum honorifice facibus accensis defferrendo annuatim facere debent.

8. Et si aliquem ex confratribus aegrotare contingeret. Rector cuius dictus Pa-rochianus infirmus existeret cum alio confratre per rectorem nominato & electo di-ctum infirmum visitare et ad confitendum peccata sua ipsumqs Sacramentum su-

scip.

scipiendum pie adhortari et commonere debent.

9 Tenentur confratres utriusque sexus singulis Hebdomadis Orationem Dominicam quinquies et Aue Maria totidem in commemorationem dicti Sacramenti deuote recitare.

10 Mulieres non tenentur praedictum Sacramentum associare sed audita campana qua confratres conuocantur quinquies Orationem Dominicam et Aue Maria flexis genibus recitare debent.

Indulgenciae speciales.

1 Die illorum ingressus in Confraternitatem plenaria Indulgentia ad instar IUBILEI Conceditur.

2 Item Confessis et communicatis ter in vita similiter

3 Et in mortis articulo etiam si mors non subsequatur similiter.

4 Associantibus Sacramentum ad infirmum aut impeditis associari curantibus Centum Anni Indulgenciarum quocies id fecerint conceduntur.

5 In processionibus aut diuinis officiis interessentibus quae per eos confratres similiter celebrari contigerit Centum anni indulgentiarum conceduntur

6 Ecclesiam Confraternitatis visitantibus diebus Veneris cuiuslibet Hebdomadae quociens id fecerint Decem anni indulgentiarum et totidem quadragenae conceduntur

7 Utriusque sexus Confratribus conceditur electio confessoris praesbiteri secularis vel cuiusuis ordinis regularis qui eos ter in vita, et in mortis articulo etiam si tunc mors non subsequatur absoluere possit ab omnibus et singulis eorum peccatis criminibus excessibus delictis quantumuis grauibus et enormibus etiam Sedi apostolicae et locorum ordinariis reseruatis praeterquam contentis in bulla in die Cenae Domini legi solitis.

Receptus sum in hanc societatem apud ecclesiam parrochialem S. Leonardi in Nadarzin a Venerabili viro D. Hieronimo Pruskowski eiusdem ecclesiae plebano 1581 in die S. Vitalis martyris. Quod fiat ad laudem et gloriam omnipotentis dei utilitatem ecclesiae eius et salutem animae meae. Amen

Thomas Okuń de Grodzisko Secretarius Regius manu propria

1584 Die 26 Julij cum celebraret summum sacrum Illustrissimus ac reverendissimus Card. Bolognettus nuncius Apticus, iussit publicare Itm: Racziulski Vica: Varsouien institutionem festi S. Annae sub duplici maiore per universum orbem Christianum. Ex Brevi dato Romae Calendis Maij Greg PP XIII idque factum est et celebratum sacrum in dicta S. Annae Varsouien apud fratres min: ord: S. Francisci de minori observantia

IN NOMINE SANCTISSIMÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS.

REGVLA SOCIETATIS NOMINIS DEI SEV IVRAMENTORVM ET BVLLA S. D. N. PII IIII DICTÆ SOCIETATI CŌCESSA.

Hęc sunt præcipua capita Confraternitatis NOMINIS DEI seu Juramentorumque ad cauendam blasphemiarũ et periuriorum prauitatem aliosque temere iurantium abusus, a quibusdam religiosis ordinis prædicatorum nuper instituta est, cui Sanctissimus D. N. Pius diuina prouidentia Papa IIII. Multas indulgentias, aliaque Priuilegia nunc recens concessit, quorum exemplaria ad veritatem excussa cum his traduntur.

PRIMO Vnusquisque eorum qui huic confraternitati adscribuntur summo studio, omniq: circumspectione cauere debet, ne gloriosum dei nomen, aut Sanctorum in vanum assumat, et ut id securius assequatur attendere ne unquam iuret omnino, nisi aut iusta necessitas, aut Fraterna charitas, aut superioris auctoritas exigat iuxta illud. Nolite iurare omnino, et sit sermo vr. est, est, non, non. QVod si aliquando absque huiusmodi causa iurare contingat a seipso pœnas exigat, uel elargiendo Eleemosinam uel dicendo orationem Dominicam aut salutationem Angelicam, vt hoc veluti freno in posterum cohibeatur. Si quis verum. SANCTVM DEI NOMEN blasphuemauerit, aut BEATISSIMÆ VIRGINIS aliorum ve sanctorum solent huius regulæ Confratres Ecclesiam eo die si commode possint adire et flexis genibus, et procumbentes, veniam petere dicentes Ter Orationem Dominicam cum salutacione Angelica et inferentes aliquam eleemosinam in locum ad hoc deputatum.

SECVNDO. Si aliqui horum Confratrum sunt patres familiares filiis atque domesticis quam serio præcipiant ne NOMEN DOMINI indigne ab eis assumatur, et quos intellexerint in hoc deficere paterne admoneant et corrigant vt tandem a propriis ædibus detestabile hoc vitium eliminetur.

TERTIO Si quando extraneos aut blasphuemantes aut temere iurantes audierint quando secundum prudentiam vtile futurum existimabunt debent modeste ac benigne eos admonere quocies eius rei necessitas fuerit, et semper inter eos sit, qui pro DEI NOMINE emulari videatur.

QVARTO. Huius Societatis Confratres in die Circumcisionis Domini solent, et sua peccata confiteri, et Sacram Eucharistiam percipere et FESTVM GLORIOSIS NOMINIS IESV quanta possunt solennitate celebrare ante Missarum maiorum solennio priuato, Missam in communi audire, et priuatus eleemosinas in vnum conferre prout cuique placuerit

QVINTO. Communi horum Confratrum qui in aliquo ciuitate conscribuntur assensu diliguntur duo viri probati qui huic societati præsint, et assignantur eis alii tres aut quatuor consiliarii et ea quæ pertinent ad conseruationem, et promocionem huius Societatis in communi decernant et singulis annis ab istis qui præfuerunt.

runt designantur quorum est officium curare ut hæ missæ priuatæ singulis mensibus nõ omittantur, et festum Domini nominis solennius peragatur, alter etiam præpositus clauẽ unam et unus Consiliariorum clauem alteram secum gerit illius capsule in quam eiusmodi eleemosinæ, et iurantium pœnæ inferuntur, ut tercio quoq; mense in communi oblatam pecuniam effundat, et acceptam scripto referant, et eorum arbitrio expendatur, et pro stipendiis sacerdotum celebrantium et pro aliis necessitatibus subleuandis, maxime eorum qui huic regulæ sunt adscripti.

PRÆTER hæc aũt capita quæ præcipua sunt, et omnibus videntur posse conuenire pro Regionum diuersitate poterunt alia superaddi, maxime accedente Reuerendissimorum Episcopor authoritate, quos huius regulæ socii ut singulares patronos, ac protectores habere desiderat.

EXEMPLAR MULTARUM INDULGENTIARUM, QUAS S. D. N. PIUS diuina prouidentia Papa IIII Confraternitati NOMINIS DEI siue Iuramentorum nunc recens concessit ut in Apostolicis litteris sub plumbo expeditis continentur infrascripti tenoris.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei Uniuersis Chri fidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem et Apostolicam Benedictionem saluatoris et Domini nri JESU CHRISTI DEI PATRIS unigeniti, qui pro redemptione generis humani de summo cælorum solio ad huius mundi infima descendere et carnem nrãm ex utero uirgineo assumere ac post per actum ad nrãm instructionem huius vitæ sursum in ara crucis prœcium exoluere dignatus est, vites licet immeriti gentes in terris, gregemq; Dominicum nræ curæ diuinitatis commissũ ad vitam lucis æternæ perduci cupientes iuxta creditum nobis Apostolicæ seruitutis officium fides cunctos quorum merita pro demeritis penitus sunt imparia ad mala euitanda, veraq; et solida bona amplexanda ac altissimi viam ingrediendum, spiritualibus muneribus, indulgenciis, videlicet et peccatorum remissionibus frequenter inuitamus, ut fideles ipsi per deuotionis sinceritatem et bonorum operum exercitium, abolita suorum delictorum macula Diuinæ gratiæ promerende reddantur aptiones. Cum itaq; sicut accepimus, dudum dilectus filius Didacus de Victoria Fr Conuentus sancti Pauli Burgeñ Ordinis Frum Prædicatorum egregius verbi Dei prædicator Zelo diuini nominis permotus ad cauendos Iuramentorum et Blasphuemiarum abusus unam saluberrimam Confraternitatem sub vocabulo nominis Dei institui curauerit, cuius confratrum partes potissimum essent, certa etiam regula super hoc composita, omni diligencia cauere ne vel ipsi uel alii coram eis aliquomodo nisi ob causam grauissimam iurarent, et contrafacientes modeste admonerent. Et qua Confraternitate in diuersis Ciuitatibus, et oppidis Hispaniarũ rite instituta et recepta, quam plurimi Chri fideles se illi conscribi fecerint, quorum opera et studio blasphemiæ atq; periuria et alias illicita iuramenta prohibeantur. Cumque eiusdem Confraternitatis salutaris fructus ubiq; sit manifestus, Venerabiles Fratres nri Episcopi partium illarum eam quibus possunt fauoribus promoueant. Nos ut dicta Confraternitas in maiori semper reuerentia habeatur et Chrifideles eo libentius illam ingrediantur, quo ipsa amplioribus decorata spiritualium gratiarum donis et apostolicis fuerit suffulta priuilegiis, de omnipotentis Dei misericordia ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, eius auctoritate confisi omnibus, et singulis dictæ Confraternitatis ubiuis terrarum et locorum, nunc et pro tempore diffusæ utriusq; sexus Confratribus in illarum et pro tempore descriptis, ubilibet constitutis, siue sub eisdem Confraternitatis regula prius edita, siue sub alia simili comprehendantur, qui vere pœnitentes et confessi diẽ festo CIRCUMCISIONIS D. N. IESU CHRI annis singulis in perpetuum sacrosanctum Eucharistice Sacramentum susceperint et Solennitati per ipsam Confraternitatem dicto die festo ubiuis locorum pro tempore celebrari solite in toto vel in parte interfuerint quoties id egerint, tociẽs pro qualibet die festo huiusmodi plenariam omnium et singulorum ac quorumcumq; peccatorum suorum, indulgentiam remissionem et absolutionem prout in anno IUBILEI ECCLIAS almæ urbis, et extra illius muros ad id deputatas visitantibus concedi solet auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et elargimur. Illis vero dictæ confraternitatis confratribus qui qualibet prima die Dominica eiusq; Mensis totius Anni similiter in perpetuum ad missã quam ipsi Confratres audire tenentur, audiendam conuenerint, quociescumq; id egerint Decem annos, qui vero temere iurantem aut alias diuinum nomen blasphemantem, modeste et charitatiue quandocumq; admonuerint pro qualibet vice Centum dies et cuicumq; verbi Dei prædicatori seculari uel cuiusuis ordinis Regulari qui Chrifideles

et a Iura:

et a Juramentorum abusibus caueant, et hanc dictae Confraternitatis regulam amplectantur hortatus fuerit Decem annos, de iniunctis sibi poenitenciis, informa Ecclesiae consueta misericorditer in Domino relaxamus. Et vt ipsi Confratres dictae indulgentiae plenariae DEO propitio facilius efficiantur partitipes illis et eorum singulis indulgenciam huiusmodi consequi volentibus, vt dicto die festo Circumcisionis occurrente, quoscumque sibi bene visos idoneos presbiteros seculares vel cuiusuis ordinis regulares per ordinarium loci approbandos, in suos possint eligere confessores qui confessionibus ipsorum diligenter auditis, eos et eorum quemlibet, ab omni ex quacumque excommunicationis etiam maioris, et ab omnibus et quibusuis aliis Ecclesiasticis sentenciis censuris et penis, a iure vel ab homine aut mixtim quauis occasione vel causa latis, saluo tamen iure tercii necnon ab omnibus et singulis eorum peccatis criminibus excessibus, et delictis quantumcumque grauibus et enormibus, etiam locorum ordinariis, ac sedi Apostolicae reseruatis praeterquam in BULLA die Coene Domini lege consueta contentis dictae auctoritate Apostolica absoluere, eisque pro commissis penitenciam salutare iniungere; Ac vota quaecumque Hierosolimitanum visitacionis Liminum Beatorum apostolorum Petri et Pauli de Vrbe, ac Jacobi in Compostella, necnon castitatis, et Religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare valeant, similiter auctoritate, et tenore praemissis perpetuo concedimus et indulgemus. Mandantes vniuersis et singulis Venerabilibus fratribus nris Patriarchis Archiepiscopis et Episcopis ac dilectis filiis ceteris Ecclesiarum praelatis, et locorum ordinariis vbilibet constitutis eorumque generalibus in spiritualibus Vicariis et Officialibus quod vbi, et quando opus fuerit, ac quocies pro Confratrum praedictorum parte fuerint requisiti, eidem Confraternitati praedictae pro posse faueant fauorabiliter assistant, et illam promouere procurent. Praesentibus quas nunquam etiam per nos aut alios Romanos Pont. successores nostros vel sedem praefatam aut alios quoscumque quomodolibet reuocari, suspendi, limitari reduci, modificari, aut eius in aliquo derogari posse, neque sub quibusuis illarum, aut similium uel dissimilium, indulgenciarum, et gratiarum reuocationibus suspensionibus, alterationibus, modificationibus, limitacionibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus in genere vel specie per nos uel successores nros, aut sedem praefatos seu quosuis alios et ex quibuscumque etiam urgentissimis et necessariis causis, et pro Fabrica Basilicae principis Apostolorum de vrbe. Cruciata sancta uel expeditione contra infideles, etiam ad Imperatoris Regum Reginarum, Ducum Principum, uel aliorum instanciam, seu eorum contemplatione, vel etiam motu proprio, et ex certa sciencia ac alias quomodolibet Canonice uel de facto nunc, et pro tempore impositis, et factis vllatenus nunquam comprehensas, sed semper ab aliis exceptas, et quoties illae emanabunt tocies in pristinum et ualidissimum statum restituas et de nouo concessas fore, ac censeri decernimus pepetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem quod si aliqua alia Indulgencia fuerit per nos in aliquo loco eidem Confraternitati concessa praesentes quod ad locum huiusmodi nullae sint. DATUM ROMAE apud S. PETRUM. ANNO incarnationis Dominicae Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto. Ibid. Aprilis Pontificatus nri Anno quinto.

PRAETER HAS AUTEM INDULGENTIAS QUAE in Apostolicis Litteris sub plumbo expeditis continentur; alia etiam Priuilegia ab eodem S. N. D. PIO IIII per breue apertum sub anulo piscatoris concessa fuit infrascripti tenoris.

PIUS PAPA IIII Ad perpetuam rei memoriam &c. (Et quibusdam interpositis sic de uerbo ad Verbum subiungitur) Vt aut ipsi confratres maiorem a nobis gratiam reportasse letentur. Eisdem confessoribus confratribus iuramenta quelibet sine alterius praeiudicio praelaxare. Et praeterea eidem Confraternitati illiusque confratribus, ac Ecclesiis Capellis, et Altaribus eiusdem vbilibet constitutis, quod quocumque tempore cuiusuis interdicti et cessationis a Diuinis videlicet dicto die festo Circumcisionis a primis vesperis usque ad occasum Solis eiusdem diei inclusiue vespere, Missae, aliaque diuina officia in ipsius Confraternitatis Ecclesiis Altaribus et Capellis

solemniter

solemniter et publicæ celebrari, qualibet vero prima die Dominica cuiuslibet mensis pri-
uati Confratres priuatam eorum Missam, ex eiusdem confraternitatis instituto celebra-
ri solitam celebrari facere illiq; interesse. Ac insuper semel in Mense Dominicum corpus
suscipere. Et quocies aliquem uel aliquos ex ipsis Confratribus quocumq; tempore interdi-
cti seu cessationis a Diuinis huiusmodi, mori contigerit, dummodo causam non dederit in-
terdicto eorum cadauera cum moderata Pompa sepeliri, libere et licite valeant. Et inte-
rim interdicta et cessationes a Diuinis huiusmodi quecumq; sint, ad effectum præmissum
omnino suppendatur, et suspensa esse censeatur. Auctoritate Apostolica tenore præsentium
concedimus et indulgemus &c. (Et nonnullis interpositis subditur) Volumus aut ne Con-
fratres ipsi quod absit propter huiusmodi gratiam reddantur procliuiores ad illicita com-
mittenda, quod si a sinceritate fidei et vnitate sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac obedientia,
et deuotione nrã vel successorum nrorum Romanorum Pontificum Canonice intrancium
destiterint Aut ex confidencia eiusdem graciæ aliqua comisserint gratia, et litteræ quo
ad eligendum confessorem huiusmodi illis nullatenus suffragantur DATVM RO-
MÆ Apud S. PETRVM sub Anulo piscatoris Die Decimatercia Aprilis M.D.
LXIIII Pontificatus nri Anno quinto.

INDVLGENTIÆ CONCESSÆ CONFRATERNITATI S. ANNÆ. A SS. D. N. SIXTO PAPA QVINTO PROVT APPARET IN PRIVILEGIO COFIRMATIOIS EIVSDEM ALMÆ CONFRATERNITATIS. Anno Dni. 1586. 10. Kalen Octobr.

1 Inprimis Quod omnibus sacrificiis quæ fiunt in Ecclesiis, in quibus est et erit vbicunq; loco-
rum terrarum et regionum instituta dicta confraternitas, prædicti confratres et conso-
rores participent

2 Quodq; visitan aliquam ex Ecclis in quibus est et in futurum erit dicta confraternitas
si imbi quinquies orõnem Dnicam, et toties salutationem Angelicam recitauerit, ac pro di-
cto Pontifice, necnon pro eiusdem sctæ mris Ecclæ exaltatione, et Hæreseon extir-
patione, vt præmittitur orauerit, des Indulgencias etiam Stationum et gratias
speciales quæ sunt de die in omnibus Ecclis Vrbis Romæ consequantur.

3. Deinde die S. Annæ, qui est 26 Julii tã confres quã sorores dictæ confraterni-
tatis quã reliq Chri fideles vtriusq; sexus vere pænitentes et confessi, ac sacra
comunione refecti, q aliquam ex Ecclis in quibus est et erit instituta dicta
cofraternitas, a primis vesperis vsq; ad occasum solis diei festi S. Annæ
huiusmoi visitauerit et imbi orauerit, vt pmittitur plenariam oium pctor. suor. indul-
gẽtiam consequetur.

4 Quodq; quotiescunq; interfuerint Missæ quæ quolibet die Martis ad
intentionẽ dictæ confraternitatis legatur, vel illi quæ pro Defunctis fratrib
eiusdem cõfraternitatis legi sut solita gaudeat trecentis diebus Indulgẽciarum
Similr si aliquem hæreticũ couerterit vel aliquẽ ad mortẽ bn disposuerint
aut blasphemos corripuerint, nec nõ quotiescunq; suæ examẽ cõsciẽtiæ fecerit

5. Quotiescunq; adfuerint processionibus certis temporibus scdm statuta dictæ
cõfraternitatis cũ sãctissimo Eucharistiæ sacramẽto fieri solitis q eodem
die cõfessi et cõicati fuerit, plenariã indulgẽciam, nõ cõfessi aut triginta
annor., q vero nõ sũt adscripti dictæ cõfraternitati, quĩdecĩ annor. indulgẽtiã
consequentur

6 Item semel in vita et die quo dictæ cõfraternitati pdicti adscribẽtur, possit
eligere sibi cõfessorẽ ab ordinario tñ approbatũ q ab õibq pctis quãcũq;
grauibus et enormibq etiã sedi Aplicæ reseruatis in foro dũtaxat cõsciẽtiæ eos absoluat.

7 Quodq; in articulo mortis corde si nõ poterit ore nomẽ IESVS sctissimũ dixerit
pariter indulgẽtiã plenariã in forma jubilei auctoritate et tenore pntium
ĩtiã perpetuo cõcedimus et elargimur.

8. Et insup q Indulgẽtiæ pdictæ et grãe spuãles intelligãtr etiã irreuocabi-
liter cõcessæ ppetuis temporibus indifferenter in õibus Ecclis p totũ Regnum
Poloniæ et alia Dnia dicti Regni in qbus e instituta ac in futurũ insti-
tuẽda dicta cõfraternitas.

Transũpt ex Bulla Ssmi D. N. Sixti Papæ V
Die Anno Mense ut sup.

SUMMA INDULGENTIARUM A SS D N GREGORIO PP XIII ARCHICONFRATERNITATI ET CONFRATERNITATIBUS S ANNÆ CONCESSARUM

Tam ex privilegio singulari, quam ex privilegio Confalo: niæ Archiconfraternitatis, eidem largito

INDULGENTIA PLENARIA

1 Conceditur electio confessoris ab ordinario approbati, qui eos ab omnibus peccatis etiam sedi Apostolicæ reservatis, die quo dictæ confraternitati asscri: bentur et semel in vita absolvere possit. Item Ex Archi: Conf: conceditur Indul: gentia plenaria die ingressus in confraternitatem vere pænitentibus et confessis, et sacra Eucharistia eadem die refectis.

2 Conceditur plenaria indulgentia in die S Annæ omnibus vere pænitentibus & confessis et sacra communione refectis, et ecclesiam aliquam ubi est dicta archiconfra: ternitas vel confraternitas a primis vesperis usque ad occasum Solis post secundas vesperas visitantibus, et ibidem 5 orationem dominicam et toties salutationem angelicam, pro largitore indulgentiæ summo Pontifice, pro exaltatione S ma: tris ecclesiæ, et extirpatione hæreticorum orantibus

3 Conceditur plenaria Indulgentia simili modo eiusmodi visitantibus die dedica: tionis ecclesiæ et proximis ferijs tercijs post singula Quatuor tempora, quando processionibus cum venerabili Sacramento interfuerint, non confessis autem annorum 30, porro extra societatem existentibus annorum 15

4 Ex Conf: Conf: Conceditur plenaria indulgentia simili modo eiusmodi vi: sitantibus, ecclesiam sacellum oratorium, Archiconfraternitatis vel confraternitatis in festivitatibus dictarum ecclesiarum sacellorum oratoriorum, etiamsi processionibus non interfuerint & quinquies orationem Dominicam & Salutationem angelicam non di: xerint sed tantum ut supra pro devotione oraverint, Quod Varsoviæ contingit in die S Annæ in die dedicationis ecclesiæ in omnibus festis BB Mariæ virginis Item in festis SS Francisci Antonij de Padua Bonaventuræ Ludovici episcopi & con: fessoris Bernardini Claræ

5 Ex Conf: Conf: Conceditur plenaria indulgentia simili modo eiusmodi vi: sitantibus in die Cœnæ domini ecclesiam quam sibi prædicta confraternitas ele: gerit ubi depositum fuerit corpus D N Iesu Christi

6 Ex Con Conf: Conceditur plenaria indulgentia omnibus ~~in~~ fratribus et sororibus vere pænitentibus et confessis in diebus festis D N Iesu Christi et BB Mariæ virginis, si fuerint sacra communione ~~eiusdem~~ festis refecti

7 Ex Con Conf Conceditur plenaria indulgentia omnibus fratribus & sororibus vere pænitentibus et confessis in diebus festis D N Iesu Christi & BB Mariæ virginis si ijsdem diebus in honorem domini nostri Iesu Christi aut BB Mariæ virginis Coronam institutam a S Bonaventura dixerint

8 Ex Con: Conf Conceditur plenaria indulgentia supradictis fratribus et soror: bus qui omni die in vita non existentes legitime impediti, dicent prædi: ctam Coronam a S. Bonaventura institutam, et in articulo mortis mo: rientur contriti & confessi et qui non poterunt confiteri monstrantes si: gnum contricionis. Aut ad minimum dicent ter in septimana præfatam Coronam, et in articulo mortis habebunt illam supra se et invocabunt ore aut corde SS nomen Iesus

9 Ex ~~Archi~~ Conf: Conf: Conceditur ~~eadem~~ plenaria indulgentia confessis & contritis in mortis articulo

10 Conceditur Plenaria Indulgentia in forma Iubilei in articulo mortis invocantibus nomen Iesus saltem corde si ore non poterint

INDVLGENTIAE STATIONVM

Iste indulgentie fuit concesse huic venerabili Archiconfraternitati Confalonis 1576 A Gregorio Papa XIII idibus die 12 Octob.

SOMMARIO DELLE INDULGENCIÆ DELLA CORONA DEL CONFALONE

Qualunque Fratello o Sorella della Archiconfraternita overo compagnia aggregata o che se agregara alla detta Archiconfraternita, dira la Corona del confalone instituita da san Bonaventura in loco delle hore Canoniche, che contiene vinticinque Pater nostri, con il versetto Gloria Patri et Filio et spiritui santto: sicut in principio, et nunc et semper et in secula seculorum Amen. et vinticinque Aue Maria con il medemo versetto et dopo sette Pater nostri, et sette Aue Mariæ con il responsorio de morti. Requiem æternam dona eis domine, et Lux perpetua luceat eis ogni volta nelli giorni di Dominica, et altre feste dell'Anno guadagnera venti Anni d'Indulgentia et nelli altri giorni di lavoro ogni volta anni dieci.

Et chi di soppradetti fratelli et sorelle dira la detta Corona nelli giorni festiui di Natale, Pasqua di Resurrettione et Pentecoste, et di tutte l'altre feste tanto in honore di Nostro Signore JESU CHRISTO quanto della Beatissima Virgine Maria sua Madre, essendo de suoi peccati contrito, et confesso, guadagnera ogni volta indulgentia plenaria et remissione di quelli.

La medema indulgentia et remissione plenaria di tutti li loro peccati guadagneranno li sopradetti fratelli et sorelle quali ogni giorno in vita, non essendo legitimamente impediti diranno detta Corona, et in articulo di morte moriranno confessi, et contriti; o non potendo confessarsi mosteranno segno di contritione: O uero almeno dicendo tre volte la settimana detta Corona, et in articulo di morte, hauendola sopra di se, inuocheranno con la bocca, o con il core il Santissimo nome di Giesu.

Chi delli Fratelli et sorelle predetti dira la detta Corona nelli giorni di Quadragesima, et altri tempi del Anno, che saranno deputate le stationi nelle chiese tanto dentro quanto fuori di Roma guadagnera tutte quelle Indulgentiæ et remissioni de peccati che guadagnarebbe se visitasse personalmente le chiesie doue sono dette stationi.

Acquista ancora in detti giorni le medeme Indulgentie per modo di sufragio per le anime delli fratelli morti in gratia del nostro Signore dio, dicendo detta Corona per loro.

E di piu chi delli fratelli et sorelle contrito et confesso de-
uotamente inginocchioni dira detta S Corona con il versetto
et responsorio delli morti, Requiem æternam dona
eis domine et lux perpetua luceat eis ogni primo Lune-
di de qual si voglia messe, et anco nel giorno della comme-
moratione de morti per le anime di qualunque fratello ó
sorella morti, in gratia di nro Signore Dio, mediante il
suffragio, et meriti di Nostro Signor JESU CHRO
et della sua santissima Madre, di santo Pietro et Paulo
Apostoli, et de tutti li santi, detta anima si libera dal-
le pene del Purgatorio.

Responsorium pro mortuis.

Istæ indulgentiæ fuit concessæ huic archiconfraternitati Confalonis 1579 Kalendis Iulij a Grego XIII Papa reseruatis in integro superioribus indulgentijs

REQUIEM ÆTERNAM

7 Pri nri et 7 Aue Mariæ

GLA PRI

Fatto il si-
gno della S. Cruce
✠ si dichino 25
Pr nri con un Glo-
ria pri et 25
Aue Mariæ cō
un altro Glā
Pri de poi set-
te Pater nostri
et sette Aue
Mariæ col Re-
quiem æternam
et suo Responso-
rio per li morti.

25 Patri nostri

25 Aue Maria

GLA PRI

SOMMARIO DELLE INDULGENCIÆ CONCESSE.

Al Archiconfraternitati del confalone & alle compa-
gnie aggregate o chie si aggregatanno a essa.

Si concede indulgentia plena-
ria et remissione de tutti li
peccati a ogni fedel christi-
ano dell' uno et l'altro sesso
veramente pentito et confesso
nel giorno che entrera nella
Archiconfraternita o uero cō-
pagnia aggregata a essa riceuen-
do di detto giorno il santis-
simo Sacramento.

La medema indulgentia plenaria conseguira ciascuno fratello
et sorella, dell' Archiconfraternita o uero compagnia aggre-

gata à essa essendo contrito et confesso nell'articulo della lor morte.

Similmente chi delli detti fratelli et sorelle in tutti giorni festiui tanto di N. S. quanto della Gloriosissima Virgine Maria contrito et confesso riceuera il Santissimo sacramento. per ogni uolta conseguira la predetta indulgentia plenaria.

Et la medema indulgentia conseguira chi delli Fratelli. et sorelle il Giouedi santo contrito, confesso, et communicato visitara processionalmente li Fratelli et sorelle di Roma la capella Pauolina doue si ripone il Santissimo Sacramento et la chiesa, di san Pietro. gli altri fratelli et sorelle delle compagnie aggregate il Santissimo sacramento reposto nella chiesa che detta compagnia aggregata si eleggera.

E di piu tanto li fratelli et sorelle predetti quanto tutti fideli Christiani del uno et l'altro sesso quali contriti. confessi, et communicati. ogni anno nel giorno della festiuita delle chiese, Capelle, ouer Oratorio dell'Archiconfraternita ouero che detta compagnia aggregata sole celebrare visiteranno detta Chiesa Capella, ouer Oratorio et iui pregherando N. S. Dio secundo la loro deuotione conseguiranno per ciascuna chiesa indulgentia plenaria et remissione de tutti li peccati.

Chi delli fratelli et sorelle predetti, andara alle processioni, da farsi per detta Archiconfraternita o uero compagnia aggregata guadagnera per ciascuna volta cento giorni d'indulgentia.

La medema indulgentia di cento giorni conseguira ciascuno fratello et sorella predetti ogni volta che nelle Domeniche et altri giorni festiui, o non festiui si trouera presente nelle chiese; o uero Oratorio di detta Archiconfraternita o compagnia aggregata alla recitatione dell'Officio della Gloriosissima Virgine Maria et alla messa, o uero altri diuini Officij che

iui si sogliono celebrare secundo l'instituto loro.

Guadagna ancora per ciascuna volta la detta indul-
gentia di giorni cento chi delli predetti fratelli et sorel-
le accompagnerà il Santissimo Sacramento quando si
porta ad alcuno infermo.

Et il simile accompagnando il corpo d'alcuno fratello
o sorella morti, overo essendo presenti alli loro
anniversari.

Et ogni volta che de alcuno fratello o sorella pre-
detti sarà aiutata et souvenuta alcuna misera-
bile persona o vero che faranno fare pace tra ne-
mici in ciascuno delli detti casi conseguiranno la
medesima indulgentia.

~~Item 1581~~
~~Quinto Calendis Iunij Idem Gregorius XIII Papa~~
~~concessit huic archiconfraternitati Confalonis~~

Item 1583
Die 26 Iulij
Idem Gregorius XIII Pontifex Maximus
Concessit Archiconfraternitati Confalonis fa-
cultatem liberandi singulis Annis duos carceratos
~~in~~ pro quocumque crimine detentos, praeterquam laesae ma-
iestatis, et assassinii, ac propinati veneni, nec non falsificationis literarum
supplicationum, commissionum, et aliarum gratiarum Apostolicarum, vel monete in di-
ctis carceribus existentes, et ad triremes, ac etiam ultimo supplicio condemnatos, libe-
randi quolibet anno in perpetuum eis.

ISTA AUTEM OMNIA, PRIVILEGIA, GRATIAS ET INDULGENTIAS (quae pro expressis haberi voluit) Archiconfraternitati confalonis concessas, SUMMUS PONTIFEX SIXTUS. V. CONCESSIT CONFRATERNITATI S. ANNAE VARSOVIAE QUANTUM IN ARCHICONFRATERNITATEM CREAVIT.

Omnium confraternitatum S. Annae in Regno Poloniae et dominiis ei subiectorum et ipsis iisdem confraternitatibus, ab illa tanquam à capite dependentibus, et caeteris eadem instituta servantibus, licet alio nomine nuncuparentur idque anno Domini
1586 Die XV. Septembris

To com umyslill dawac do Bractwa Millosierdzia bogarodzice gdysze dalibog wpisse

Na kazzdy tydzien po 30 drobnych pieniedzy co uczyni
5 sselagow na kazzdy tydzien, na pamiatke 30
srebrnych groszy za ktore pan a zbawiciel
nass byll przedan, i na pamiatke pieci ran
iego naswietsszych do czego ~~tey mesz~~ wzgle-
dem iei miedziane wktorei czytaia ewangelia
o przemienieniu wody w wino przydawam 6
drobnych pieniedzy aby pan moi wode grzechow
i trosk moich millosciwie przemienic raczyll
w wino cnot swietych i pociech wiecznych i
tuteczznych. Ato uczini na rok 87 gl
albo fl 2 gl 27
Ad maiore pietatis Na kazzdy rok

Itm 33 sselagi to iest 11 gl
Na pamiatke lat zzycia panskiego na tem swiecie

Itm 63 sselagi to iest 21 gl
Na pamiatke lat zzycia panny naswie-
tssey na tem swiecie

Itm 45 sselagi to iest 15 gl
Na pamiatke lat zzycia matki mei namil-
ssei na tem swiecie, za dusse iei

Itm 72 sselagi to iest 24 gl
Na pamiatke lat zzycia oica mego na-
millssego ~~z~~ na tem swiecie za dusse iego

Itm 46 sselagi to iest 15 gl i sselag wzgledem lat
moich ktorychem kapllanem zostall dziekuiac
panu bogu za te llaske iego swieta, a prossac
abych mogll wtem powollaniu panu bogu go-
dnie sluzzyc

Itm 50 sselagi to iest 16 gl y 2 sselagi wzgledem
lat wktorych do bractwa wstepuie, dziekuiac
panu bogu, zzem tego wieku dall doczekac
a raczyll mi grzechy moie, anno numeri iu-
bilei odpuscic a ostatek zziwota raczyll dac
wllasce swei swietei zbawienney dokonczyc

To uczini 103 gl albo fl 3 gl 13 na rok

A wszystka wedne summe porachowawszy,
uczini 6 fl monety y 10 gl albo
3 fl czerwone y 22 gl
niegodna sludzka uboga iallmuzna moia

Do bractwa S. Anny dawam co rok
3 fl y 15 gl
to wszystka naniegodnieysza iallmuzna
moia uczini do roku 9 fl monety y 25 gl

IN NOMINE SÃCTISSIMÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS SOCIETAS BEATISSIMÆ MARIÆ VIRGINIS SVB TITVLO ROZARII ET EIVS BREVIS INSTRVCTIO.

A quo ad quid & quomodo institutum quo ordine recensendum quot indulgentiis refertum sit. comprehẽdens, in Sanctissimæ virginis dei genitricis D.N gloriã & fidelium salutem edita iussu Reuerendissimi P. tocius ordinis Præd. generalis magistri. fratris Seraphyni Caballi Brixien sacræ Theologiæ Doctoris pro sui ordinis ac instituti Fratribus quorum hæc sacra est hæreditas. et pia institutio

DVm Italiæ et Galliarum partes olim hæresum nebulis et Albigentium maxime misere inficerentur, ad eas abigendas accepimus et Apostolica authoritate firmatum victimus Beatissimum nr̃i ordinis auctorem et patrem D. Dominicũ spiritu sancto afflatum, et ad illam. quæ cunctas hæreses sola interemit, conuersum, pium hunc modum orandi ac deprecandi (quod Rosarium dicitur) omnibus peruium, et admodum facilem instituisse, quo noua hac præcationis luce, pulsatis hæresum tenebris, et noua lux Catholicæ fidei aperiretur, et hoc orandi modo chr̃i fideles in alios viros (ut certe effectum est) repente mutaretur.

Duas præcipuas orationis partes complexus est hoc sacro Rosario, mentalem scilicet et vocalem (vt dicitur) Vocalem dum Dauidici Psalterii instar centies et quinquagesies salutatione Angelica repetita, et quindecim vicibus oratione Dominica tanquam quindecim Psalmis gradualibus; Deum et sanctam virginem implorare voluit et docuit in cœlos ascensum. Mentalem vero, quæ eximia est, et perfectorum propria, dum quindecim præcipua nr̃i Redemptoris vitæ nr̃æq; salutis misteria deuote meditari, ac contemplari edocuit.

Vtranq; hac ratione distribuit, vt vocalis in quindecim denas oratione dominica partitas, consurgeret, et hæ quindecim denæ pro maiori commodo in tres partes quinq; scilicet denas comprehendentes sub diuiderentur, breuemq; et accommodam coronulam constituerent. Mentalis vero, vt alteri corresponderet Rosæ similitudini, in flores, spinas, et folia partitæ mirifice alludens in tria misteriorum genera diuisit. Gaudiosa dicuntur prima, Dolorosa altera Gloriosa postrema, hæc frondibus, alia spinis, alia rosarum floribus similia, et correspondencia. In primis ei quidem, quinq; saluationis nr̃i vitæ misteria complexus ẽ Virginis. S. Annunciationem. ac Visitacionem Chr̃i Natiuitatem, et ad templum præsentacionem et postremo eiusdem D. N duodenarii in templo inuentionem. In mediis vero alter:

bissime passionis, ac mortis misteria comprehendens, quando orauit in horto, quādo flagellatus, quando spinea Corona plexus, quando ad montem cum Cruce ductus et vltimo quando pro nobis crucifixus fuit collegit. In postremis gloriosam eiusdem Resurrectionem, ad Coelos Ascensionem. Spiritus sancti missionem. Virginis nr̄is Assumptionem et omnium sanctorum vnam gloriam intuetur

Quindecim igitur esse deprehenduntur vocalis orationis partitiones ac denae, et quinque sunt mentalis misteria, tres sunt vocales coronulae triaue Rosaria, et tria sunt misteriorum contemplandorum genera ita vt singulae uocalis denae, proprium semper correspondeat misterium. Qui igr̄ perfectissimam hanc orandi normam tenere voluerit. si non omne Psalterium seu integrum Rosarium Beatissimae virginis persoluere quolibet die potuerit. alterum saltem quinque scilicet denas, et quindecim misteria comprehendens deuote recensere non pigeat hoc ordine vt uel uocali oratione praemissa et coronula recitata, postremo misteria meditetur, vt ordo naturae expetit, vel certe dena vna coronulae dicta, proprium immediate misterium ruminet, vt mundum animal et deuote contempletur, prout spiritus illi suggesserit. et gradatim ex vna in alteram transcendens. sacrum hoc Rosarium quotidiē ingredi et in hoc perfectissimo orandi modo sese exercere studeat. Et certe si vocalem spectes, quae dignior perfectiorue oratio ea est, uel esse potest quam edidit et nos docuit dei verbum, et omnium nostrum verus aduocatus et orator, et simul salutatione Angelica. quae inenarrabilis nr̄ae salutis misterii continua memoria ē et perpetua benedictio, et gratiarum actio. quibus Rosarium nr̄um solis constat? Si uero ad meditationem te conuertas, quid contemplatu dignius, ac perfectius, quam vita nr̄i redemptoris via veritas et vita nr̄a, ac omnium virtutum absolutissimum exemplar, cunctis inspiciendum propositum, quam quam nr̄o sacro Rosario summo ordine contemplamur? Hic vere deliciarum paradisus ē hic spiritualis zodiacus quidam, quo gradatim decurso. iterum ad principium conuertimur, vt continuo hoc ac spirituali motu continuos etiā, ac spirituales semper referamus fructus et in nob. iugis salutis nr̄ae memoria vigeat.

Praeter inerrabilem perfectae huius orationis fructum innumerae sunt spirituales gratiae, et indulgenciae, quas in hac societate adscripti, et idem persoluentes deuote consequuntur.

Haec sunt bona huic sanctissimae societati per diuersos Pontifices concessa. Et in primis.

INDULGENTIAE Rosarij

Dies 9000 — Sanctissimus dominus Vrbanus quartus omnibus qui deuote Angelicam salutationem dixerunt triginta dies indulgenciae, totidemque his qui Jesu nomen inuocant concessit.

Dies 18000 — Sanctissimus dominus Iohannes XXII supradictas Vrbani iiij indulgentias postea confirmauit et duplicauit.

Dies 120 — Reuerendissimus dominus Alexander Episcopus Forliuien. et Legatus de latere Apostolicus in Germania. omnibus et singulis Rozarium dicentibus centum viginti dies indulgenciae concessit.

Item concessit quadraginta dies indulgenciae cunctis qui sabbato et diebus festiuis affuerint in Ecclesiis vbi haec Societas est fundata, dum cantatur Antiphona. Salue Regina post completorium.

Item concessit: cuilibet centum dies indulgenciae cunctis qui sabbato et diebus festiuis

et quociescunq; dixerit quinq; Pater nr̃ et quinquaginta Aue Maria in fe-
sto Annunciationis, Visitacionis. Assumptionis Natiuitatis. et Purificationis be-
atissimæ Virginis Mariæ, sicut patet per lrãs datas Coloniæ quæ incipiunt. Et si
gloriosos 1 4 7 6.

Sanctissimus Dominus Sixtus Papa iiij omnibus Christifidelibus Rozarium toties
quoties deuote dicentibus, aut dicere facientibus concesseit quindecim annos, et to-
tidem quadragenas indulgentiæ et a qualibet tercia parte Rosarii quinq; annos et quin-
que quadragenas concessit et sic ordinatim vt patet in suo breui. Dat. Romæ
1 4 7 8. quod incipit Oues dominici.

An: 15 Qu: 15

Item confirmauit, et approbauit hoc Psalterium seu Rosarium. et istum modum et
formam orandi per breue. Dat. Romæ. 1 4 7 9 Ea quæ ex si.

Sanctissimus Dominus Innocentius viij concessit confratribus vere penitentibus et
confessis dicentibus. S Rosariũ pro qualibet vice multos annos et totidem quadra-
genas et portantibus Rosarium centum annos et totidem quadragenas et illis qui
in fine aue maria nominant Iesum quinq; annos et totidem quadragenas vt patet
in suo breue Splendor paternæ. Dat Romæ 1 4 8 8 Idem concessit plenariam in-
dulgenciam semel in vita et semel in morte.

An. 750 Qu: 750

Alexander sextus Romæ 1 4 9 4 in suo breue. Illius qui perfecta charitas ē. non solũ
confirmauit: sed etiam duplicauit omnes indulgencias concessas a suis prædecessori-
bus cum multis aliis gracijs concessis in dicto breue.

An: 1530 Qu: 1530
Dies 54240

Iulius secundus Romæ 1 5 0 3 in suo breue Ineffabilia virginis Mariæ confirmauit om-
nia concessa a suis prædecess:

Sanctissimus Dominus Leo sanctæ mris ecclesiæ thesaurum apperiens. concessit omnes
et singulas indulgencias stationum ecclesiarum vrbis Romæ Sanctissimi Rosarii so-
cietatis confratribus his qui eodem die indulgenciarum visitantes quinque altaria,
aut vnum altare quinquies pro qualibet visitatione altarium, seu altaris dixerint
quinq; Pater nr̃, et totidem aue maria. Pastoris æterni Romæ 1 5 2 0. Idẽ Conces-
sit decem annos et totidem quadragenas indulgentiæ tocies quoties integrum a
confratribus persoluitur Rosarium in forma ecclesiæ consueta. Item Reuerendissi-
mus Dominus Matthæus Patriarcha Veneciarum concessit centum et viginti dies in-
dulgenciarum integrum Rosarium persoluentibus.

An: 10 Qu: 10
Dies 120

Sanctissimus Dominus Clemens vij. confirmauit omnes gratias et indulgencias ab anteces-
soribus suis datas et concessas: Et si temporalium octauo die Maij Pont. anno vn-
decimo et quod præfatæ indulgentiæ non possunt reuocari nisi de eis expressa fuerit
mentio

Sanctissimus Dominus Paulus Papa tercius in suo breui Rationi congruit Romæ 1 5 3 4
confirmat et corroborat supradicta.

Item Anno 1 5 3 7 dicentibus siue audientibus missam. S Rosarii concessit easdem in-
dulgencias quæ acquiruntur dicendo totum Rosarium. Dat. Romæ apud. S. Mar-
cum die 31 Augusti

Sanctissimus Dominus Iulius Papa tercius confirmauit et denuo concessit per Breue
24 Augusti 1 5 5 1. editum omnes gratias et indulgentias quocumq; modo con-
cessas sodalibus societatum Rosarii quæ sunt uel fiunt in aliis ecclesiis vnde
apparet quod confraternitates Rosarii in Ecclesiis fratrum Prædicatorum et
earumquæ ex licencia Reuerendissimi Magistri Generalis præfati ordinis
sunt aut fient gaudere possunt prædictis graciis et indulgenciis, et non aliæ
quod quidem breue incipit. Sincere deuotionis

An 2305
Qu: 2305
Dies 162960

Paulus quar. in suo Breue quod incipit. Ex Apostolicæ sedis Dat. Romæ die 9
Marcii 1 5 6 1 omnia confirmauit.

Item notum sit omnibus quod prima dominica cuiuscumq; mensis ad vesperas fit
processio per sodales confraternitatis eiusdem Sanctissimi Rosarii.

Notum deniq; sit omnibus quod Sanctissimus Dominus Pius diuina prouidentia Pa-
pa iiij vniuersis christifidelibus contritis et confessis, vel propositum habentibus
confitendi tempore debito, qui diebus festiuis Beatæ Mariæ semper virginis alta-
re, seu capellam eiusdem Sanctissimi Rosarii in Ecclesia sanctæ Mariæ super Mi-

neruam de Vrbe deuote visitauerint in singulis eiusdem Beatissimæ virginis Mariæ festis, indulgenciam plenariam concessit perpetuis temporibus duraturam. Eandem indulgenciam concessit sociantibus processionem per Breue quod incipit. Dum præclaram Dat. Romæ prid. Cal. Maii. Pontificatus Anno Secundo.

Item Pius quintus Confirmauit omnia, et singula indulta indulgencias peccatorum remissiones, relaxationes, immunitates, priuilegia, et alias gratias ab aliis Pontificibus, et Legatis de latere sedis Apostolicæ, et ab aliis eandem auctoritatem habentibus concessa et eodem modo et forma qua concessę reperiuntur perpetuo innouauit

Item etiam concessit eisdem confraternitatibus vel Societatibus, et eorum confratribus, quod ipsi confratres ad hoc deputati possint libere et licite erigere, et capere omnes oblationes, legata donationes et omnia alia quouis modo, vel testamento aut codicillis, aut quauis alia vltima voluntate, etiam inter viuos eis relicta, et largita cuiuscunque generis, quantitatis et qualitatis, etiam quod sint notabilis summæ, vel quantitatis, et quod in pios dilectæ societatis vsus conuertere sine aliqua cuiusuis personæ licencia, etiam loci ordinarii possint

Item vt quisque promptior et facilior sit ad se describi faciendum in dicta Societate, omnibus et singulis per supradictos deputatos in dicta societate perscriptis, qui prima vice qua describentur, et confessi fuerint, et in Ecclesia aut Capella aut altare dictæ societatis Sacramentum Eucharistiæ acceperint, et ad minus vnam quinquagenam dicti Rosarii recitauerint, et preces ad Deum effuderint pro pace et tranquilitate sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Et his etiam qui in mortis articulo confessi fuerint, et Sacramentum Eucharistiæ in viaticum acceperint, indulgenciam plenariam concessit et misericorditer omnium peccatorum suorum remissionem condonauit.

Item his qui in festo Resurrectionis Dominicę. Annunciationis, et Assumptionis gloriosæ virginis Mariæ Sacramentum Eucharistiæ acceperint, et ipsius Rosarii partem recitabunt decem annos et totidem quadragenas indulgenciarum concessit [illegible] de hoc infra lang

Item omnibus confratribus, qui omnibus aliis diebus festiuitatum Domini nostri Iesu Christi et gloriosæ virginis Mariæ inter alia dicti Rosarii mysteria comprehensarum, ad minus quinquagenam dicti Rosarii recitauerint. septem annos et septem quadragenas concessit

Et omnibus etiam fidelibus, etiam quod in ipsa Societate non sint descripti, qui deuote processioni dicti Rosarii, quæ fit singulis primis Dominicis cuiuslibet mensis cum aliis confratribus fuerint septem annos et septem quadragenas concessit.

Insuper omnibus confratribus, qui qualibet hebdomada totum Rosarium recitauerint, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis poenitenciis misericorditer relaxauit, decreuitque quod tam confratres quam omnes alii præfati non possint quouismodo, ab aliquo molestari per Breue. Consueuerunt. Dat Romæ 1569

Item concessit plenariam indulgenciam cuilibet in die sanctissimo Annunciationis sacratissimi Eucharistiæ sacramento refecto integrum Rosarium deuote persoluenti. Decem vero annos et totidem quadragenas in diebus Natiuitatis Purificationis visitacionis et Assumptionis Beatissimæ virginis Rosarium dicentibus concessit. et quadraginta dies pro qualibet dies septem vero tocies quoties sanctissimi nominis Iesu et B. M. deuota mentio haberetur

Dies 40
Dies 2100

Et finaliter Dominus noster Gregorius tercius decimus Pontifex maximus agnoscens qualiter ea hora qua classis turcarum deuicta capta fuit a classe initi fœderis inter sanctissimum summum Pontificem Pium quintum Philippum Regem Hispaniarum ac rempublicam Venetam processionaliter confratres huius sanctissimi Rosarii rogabant Beatissimam virginem pro hoc effectu consequendo motu proprio ad perpetuam rei memoriam iussit vt prima Dominica octobris celebretur festum huius victorię sub nomine sanctissimi Rosarii et est principale festum huius sanctissime confraternitatis, quæ institui non posset nisi in conuentibus Dominicanis aut habita licentia a Reuerendissimo Generali Ordinis prædicatorum. In quo etiam die omnes vtriusque sexus Christi fideles tam confratres quam etiam omnes aliæ personæ qui ecclesiam Beatæ Mariæ super Minernam vere poenitentes et confessi visitauerint, plenariam et perpetuam indulgenciam et omnium peccatorum suorum remissionem consequuntur prout patet per breue eiusdem S. D. N. quod incipit Exponi nobis. Ad instanciam Illustrissimi Cardinalis. Allessandrini Protectoris societatis Sanctissimi Rosarii.

Item Concessum e etiam ad instanciam SS Rosarii a SS D. N. Gregorii PP. xiij ut oes
qui facient dici missam de Rosario lucrentur indulgencias Rosarii et liberationem unius
animae ex purgatorio.
Bonorum omnium spiritualium quae vel per huius sanctissimae societatis confratres in uni-
uersum vel per fratres Ord: Pred: fieri diuina bonitas dederit participes sunt oes
et singuli in hac sacra Societate ingredientes, ac rite in eadem conscripti iuxta pias so-
cietatis, ac Reuerendissimi Ordi. Gnalis Mgri sanctiones et decreta.
Rndus fr Sixtus procurator ordinis Praedicatorum et Vicarius Reuerendiss. p. Gna-
lis per literas datas die 13 Octobris 1578 recepit ad participationem omnium
beneficiorum spiritualium totius ordinis omnes confratres eiusdem societatis.
Receptus sum in hanc societatem ab Honorabili
uiro Fre Hieronimo Zabielski ordinis S Domi-
nici Praedicatorum in Varka priore et totius
Masouiae Vicario 1580 In die S. Cathe-
rinae, quod fiat ad laudem et gloriam omni-
potentis dei, utilitatem eccliae eius et salutem
animae meae Amen

Thomas Okim de Grodzisko
Secretarius regius manu
propria

THESAVRVS GRATIARVM

Leo Papa eius nominis Decimus omnibus ex hac societate concessit, ut quolibet an
no in festis Paschatis, Natiuitatis Mariae, Annunciationis, Visitacionis. Purifi
cationis, nec non Assumptionis, electo sibi ex ordine Beati Dominici in eorum Ecclesiis
confessore, a quibuscunque criminibus peccatis etiam Sedi Apostolicae reseruatis (
exceptis in Bulla coenae Domini et falso iuramento in praeiudicium alterius) possit
absolui, uotorumque suorum ab eodem confessore commutacionem (praeter castitatis,
Religionis et Peregrinationis Romam versus et Hierusalem sanctique Iacobi sepulchrum)
obtinere queat. Vultque eam indultam gratiam, ab hac societate non posse auelli sine ex
pressa eius de uerbo aduerbum mentione
Innocentius octauus Anno 1483 Octob. 3 ibi uiuae vocis oraculo etc. eidem socie-
tati concessit semel in uita et semel in morte plenariam indulgentiam.

DEFERENTI SECVM SPHAERVLAS PRAECARIAS

Idem Pontifex Innocentius octauus anno 1488 in breui splendor paternae gloriae etc.
cuilibet contrito deferenti secum sphaerulas istas praecarias centum annorum et totidem
quadragenarum concessit remissionem

DICENTI ROSARIVM

Paulus Tercius Pont: Max: dicenti integrum Rosarium, plenariam largitus est indulgentiam

VISITANTIBVS ALTARE . S. ROSARII ET PROCES: SOCIANTIBVS

Pius quartus in festis virginis Mariae, altare. S. Rosarii ex societate deuote uisitantibus
plenariam concessit indulgentiam - Eand: Plen: indul: conc: sed solis confrat. Socantibus

ADMISSAM . S. ROSARII PRAESENTIBVS process: sing: mensib: Dom: prima

Paulus Tercius eis qui sacrum missae Rosarii uel celebrarint uel celebrandum procura
rint, uel celebrato interfuerint, easdem concessit indulgentias, quas ex societate semel
dicentes Rosarium consequuntur, id est, octoginta octo annorum, uiginti duarum qua
dragenarum, centum quinquaginta dierum, et super haec plenariam indulgentiam
ut supra uidere licet

Praeterea sciendum est si quis obliuione, aut negligentia illud dicere praetermiserit nul-
lum ob hoc peccatum contrahit, quamquam mercedem illam amittet, quam si dixis-
set ea hebdomada fuisset lucratus. Veruntamen si alia hebdomada ipsum voluerit
dicere et reassumere poterit. Si quis vero infirmare aut quauis licita causa impedi-
tus illud dicere per seipsum minime valeat (dummodo ascriptus in ipsa societate)
poterit alteri hoc Rosarium suo nomine persoluendum mandare, et sibi tantum pro-
derit in spirituali participanda mercede, quantum si ipsemet proprio ore dixerit. Prae-
terea sciendum est Rosarium istud diei posse a quopiam pro defunctis, quorum
tamen nomina libro societatis huius inscripta sint qui utique eisdem ipsis spiritua-
libus donis participant, quibus gaudent illi qui ad huc viuunt. Postremo conce-
ditur Rosarium istud diei posse sedendo, stando, seu deambulando, sine ge-
nu flectendo, ut libet

Qui in hac sancta societate adscribi cupiunt, ut tanti thesauri participes fiant, quemadmo-
dum ord. Praed. auctoris et pris pium hoc est institutum sic ad eorum tantum sacrum
hanc haereditatem esse, et in eorundem duntaxat Ecclesijs has sodalitates esse pos-
se sciant, in illis vero locis, in quibus ordo praedicatorum nec ecclesiam habet in
alijs Ecclesijs a quis erigi nequit societas haec nisi Rndissimi ord. praefati licen-
cia et authoritate praehabita quemadmodum et eiusdem licentia et autho-
ritas requiritur, vel eius vicarii ad hoc ut sui ord. Patres uel alii in eandem
recipere, et utriusque sexus personas, in ea deuote petentes ingredi in libro, ad
hoc deputato scribere possint vel vel etiam hanc societatem erigere.

Quae omnia gratis facere tenentur, et deuote ac pias, eisdem societatis fa-
ctiones ut fusius habetur in libro Rosarii, nuper Romae aedito.

In misera haec igitur cum inciderimus tempora, ubi militantem hanc Ec-
clesiam, tot haeresibus agitatam, tot bellis prauisque hominum moribus, a-
trociter vexatam, et afflictam cernimus nri ord. pres nobisque subditos pie
hortamur, et obtestamur, in domino, ut quo simili morbo medendo suum au-
ctorem, et prem D. Dominicum usum fuisse tanto cum fructu acceperunt, eo-
dem uti, et tanti pris tanquam non degeneres filii proximorum salutis ama-
tes, et B. Virginis singularis nri ordinis patronae, et aduocatae deuoti eiusque
gloriae cupidi, idem remedium adhibere miseris his temporibus velint, et
omni pia solicitudine curare, ut quod pro communi hominum salutem accepi-
mus, in communem etiam, et uberem cedat animarum fructum, et in sanctis-
simae Virginis D. N. gloriam Amen.

Fixo denique in sanctae matris ecclesiae campo, ab ipso strenuo, ac almo Duce, et
patre D. Dominico tam praecipuo, et eximio tentorio, seu quodam praesidio, quod
accolis et peregrinis sit in umbraculum diei et estu, et in securitatem, et abscon-
sionem a turbine et a pluuia Sanctissimae dei genitricis pio saluberrimo, ac de-
uoto Rosario nrae erunt partes, ne degeneres filii in aliorum, et nram per-
niciem videamur et simus quin potius uelut optimi illius Dominici Gregis hae-
redes Zeli, et tanti pris in tanto ac tam celebri negocio non segnes imitatores,
quod institutum est in animarum obsequium conseruare augere, et in Dei ac matris
eius gloriam ampliare et Rosarium ipsum munere sanctarum praedicationum,
piarum lectionum, nec non salubrium instructionum reddentem coram Deo
et omni populo pro viribus reddere. Cum enim non minus flagitijs nunc nri
temporis deploranda calamitas inuoluatur undique talia praebenda sunt phar-
maca imo et pro temporum et locorum ratione potiora, quibus uulnus, liuor, et

plaga tumens, vel circumligetur, vel sanctae orationis medicamento limatur, et curetur medicamine. Hac namque pietate sancta mater ecclesia nobis creditam esse voluit thesauri huius administrationem, et ut in nostris tantum ecclesiis ipsa sancta Societas esse possit, et applicari in aliis aut ecclesiis quarum cura ad alios pertinet sola nostra authoritate, et licentia applicari et concedi posse. Quod absque omni temporali praemio, et terrena mercede debet huiusmodi beneficium impertiri et communicari. Eos in Cathalogo singulo conscribendo, qui pie ac devote adscribi procuraverint, eosdem in litteris et de his instruendo quae spectant pro eiusmodi consequendis beneficiis et fructibus Orarias Coronas iuxta praescriptam formam benedicendo.

INDULGENTIAE TOTIUS ANNI HIS QUI EX SOCIETATE QUINQUE ALTARIA CERTIS STACIONUM DIEBUS VISITAVERINT

Omnes omnium Ecclesiarum urbis Romae intra et extra muros tocius anni per singulos dies concessae sunt staciones et indulgentiae confraternitati Rosarii ex privilegiis Leonis decimi et Clementis septimi. Pontificum sunt collatae, et à Pio Quinto cum ista declaracione confirmatae, ut quinque altaria vel unum quinquies si plures defuerint visitando, ad quodlibet secundum consuetam formam Romanae Ecclesiae, quinque Pater noster, et quinque Angelicas salutaciones contrito saltem corde orando. (et id quidem in Ecclesia fratrum praedicatorum, vel ubi hac societas extiterit) ita dictis gaudeant indulgentiis, ac si ipsi illas ipsas Romanas Ecclesias, in quibus hae staciones decernuntur personaliter obierint.

Quod si aliquos longe ab eiusmodi Ecclesia morari contingat, vel tam longe domo exire prohibeantur, qua velint propiori in Ecclesia id stacionum licite poterit peragere. Qui vero captivi aut incarcerati, vel infirmi, hi ad aliquam Mariae virginis imagunculam, vel signum crucis utlibet expressum, quinquies visitacione repetita id facere poterint.

Oratio

Prosit nobis quaesumus, Domine continua genitricis et virginis Mariae memoria quae astitit vulnerata charitate in cruce pendenti, et astat nunc Regina à dextris in caelo regnanti. Christo filio tuo Amen.

Praetende Domine etc. Deus veniae etc. Deus qui nos patrem etc. Fidelium Deus etc.

Altera

Gregem tuum pastor aeterne solita quaesumus pietate prosequere, et sicut pio genitricis filii tui Domini nostri IESU Christi Rosarii cultu terquina redemptionis suae mysteria devote ruminat in terris: ita eorum claro et aeterno fructu pascatur in caelis. Per eundem Dominum nostrum etc.

Ex superioribus facile raciocinando invenies

Quod qui dixerit rosarium simplici feria consequetur indulgentias 5567 Annos ex quibus 957 per 365 dies omissis sex horis quae ad integrum annum constituendum requiruntur supputati sunt et insuper 4 Quadragenas & 35 Dies

Alia vero via strictissima ubi nullus scrupulus relinqui potest consequi possunt Anni 2909 Ex quibus 494 supputati sunt per dies 365 ut supra et insuper Quadragenae 6 Dies 10

CÆLESTE ROZARIUM ET EIUS SOCIETAS.

Modus orandi Cæleste Rozarium & eius misteria.

Cæleste Rozarium aliud longum aliud breue.

Longum continet 50 Pr nr &c. & 50 Aue Maria &c. & 5. Credo &c.
In honorem Sanctissimi ac dulcissimi nominis IESUS cui omne genu flectitur Cælestium terrestrium et inferorum Nec est aliud nomen datum in Cælo et in terra in quo oportet nos saluos fieri.
Itaq; pro qualibet litera dicuntur 10 Pr nr et 10 Aue Maria et 1 Credo et cum sint quinque literæ in hoc dulcissimo nomine euadunt 50 Pr nr. et 50 Aue Maria distincti singuli denarii singulis Credo ad discriminationem lraru in hoc nomine contentarum.

Misterium autem eius e tale.

10 Pater nr ad quamlibet lram dicuntur ut significent per denarium numerum absolutissimum perfectissimam Chri diuinitatem ex Deo patre.
10 Aue Maria ad quamlibet lram adiunguntur singulis Pr nr ut significent perfectissimam Chri humanitatem ex Beatissima virgine et matre maria.
Et concluduntur pe vnum Credo ad significationem vnionis diuarum naturarum in vita persona chri et eius vnitatem et æqualitatem cum Deo pre.
Pr numerum uero quinquagenarium qui est Jubilei significatur quod Chrus Dominus sit redemptio sufficientissima et satisfactio pro peccatis nris iuxta illud. Ipse pcta nra tulit et iniquitates nras portauit cuius liuore sanati sumus. Idcirco quinq; Credo adduntur ad commemorationem modi quo nos sanauit nempe passionis eius que in quinque uulneribus breuiter comprehenditur et recolitur. .Jt. 1 Credo significat incarnationem et Natiuitatem 2 Pasionem et mortem. 3 Resurrectionem. 4 Ascensionem 5. Spiritus sancti missionem.

Breue continet 10 Pater nr & 10 Aue Maria & 1 Credo quod explicatione iam non indiget cum sit quinta pars Rozarii longi potest tamen aliquis meditari dicendo.

1 Pater nr Generationem filii Dei ab æterno.
1 Aue Maria prædestinatione virginis Mariæ ut ex ea filius Dei humanitatem assumeret.

2 Pater nr. Annunciationem filii Dei.	2 Aue. Maria conceptione Beatiss. Mariæ virginis.
3 Pater nr. Natiuitatem filii Dei	3 Aue Maria Natiuitatem Beatis. Mariæ virginis
4 Pater nr. Circumcissionem Domini	4 Aue Maria Præsentacione Beatis Mariæ virgis
5 Pater nr. Manifest. a Magis.	5 Aue Maria Visitationem Beatis. Mariæ virgis.
6 Pater nr. Baptismum Domini.	6 Aue Maria Purificatione Beatis Mariæ virgis
7 Pater nr. Transfiguratione Domini	7 Aue Maria Gaudia Beatissime Mariæ virginis
8 Pater nr Passionem Domini	8 Aue Maria Dolores Beatissime Mariæ virginis
9 Pater nr Mortem Domini.	9 Aue Maria Assumptione Beatissime Mar. vir.
10 Pater nr Resurrectionem Domini	10 Aue Maria Coronationem Beatis. Mariæ virg

Vnum Credo in Deum patrem &c cuius partem.

1 Credo in Deum patrem &c meditare debet Ascensionem Domini
2 Et in Jesum christum &c Spiritus sancti Missionem.
3 Et in Spiritum sanctum &c. Extremum iudicium.

Amen.

¶ Et non solum nomen sanctissimum ac dulcissimum JESUS sed et Beatissimæ virginis matris MARIA est quinque literarum.
¶ Nec requirit prædicta Fraternitas contributionem aut inscriptionem sed tantum orationem Cælestis Rozarii longi aut breuis.

Priuilegia & Indulgenciæ huius Cælestis Rosarii.

1 Confirmatum ab Alexandro PP. VI Dotatumque 7. annorum Indulgenciis
2 A Leone PP. X. nedum confirmata confraternitas, sed omnibus et singulis Cœleste Rosarium dicentibus Concesse sunt omnes et singule gratiæ et indulgenciæ elargitæ ad Rosarium Beatæ Mariæ Virginis. Addiditque sua sanctitas 100 Annos Indulgenciarum et totidem quadragenas.
3 Quatuor Cardinales 400 dies.
4 Quinque Episcopi - - 190 dies
5 Raimundus Legatus 100 dies
6 Vitus Episcopus Bambergensis cum suo suffraganeo 80 dies.
7 Albertus Cardinalis Archiepiscopus Primas et elector ad tractum cuiuslibet grani Concessit 140 dies indulgenciarum Et alii plures.

AD ALexandrum PP. VI. cum noua eius concessione habuit Rosarium B. M. V. propriarum indulgenciarum 90 annos præter eas quæ in illud ingrediuntur ex Aue Mariis et sanctissimi nominis Jesus et Mariæ inuocatione tam a prioribus Pontificibus quam ab Innocentio Papa VIII. Concessorumque numeratæ iuxta numerum. Aue Mariarum et inuocationum nominis Jesus et Mariæ in Cœlesti Rosario euadunt 290 anni. 6. Qua. 17 dies

Ad Perpetuam Sixtus PP. V. Rei Memoriam

Præclara, et insignia caritatis, et pietatis opera, quæ dilecti filii Prior,
seu Senior, Camerarius, Deputati, aliiq[ue] confratres Societatis Sanctæ
ANNÆ, quæ Gloriosissimæ Virginis Salvatoris nri IESU CHRI
Genitricis matrem esse et appellari commerita fuit ad Gloriam Dei et
animarum Chri fidelium salutem quotidie exercent, nos inducunt ut eandem
Confraternitatem quæ non solum Lomzæ. Vilnæ. Cowniæ. Scapis
Varsoviæ. Vartæ. Leopoli, sed etiam per universam Poloniam, Litua-
niam, et Russiam, tam apud fratres Sancti Francisci de observantia, quam
apud alias plerasq[ue] ecclesias atq[ue] sacella eiusdem Sanctæ Annæ erecta, et
instituta reperitur, ampliori ac digniori nomine, ac titulo decoremus ac illu-
strennis; favoribusq[ue] et prerogativis, et gratiis prosequamur opportunis:
Hacq[ue] Carissimæ in Chro filiæ nræ Annæ Poloniæ Reginæ illustris, eiusd[em]
Societatis Patronæ, ac Protectricis supplicationibus hac in parte inclina-
ti, prædictam Confraternitatem SANCTÆ ANNÆ
VARSOVIÆ existentem in Archiconfraternitatem, et caput om-
nium Confraternitatum sub eadem Invocatione in quibuslibet Civitatibus,
Terris, oppidis, et locis REGNI POLONIÆ, ac aliis Dominiis,
et ditionibus P[raedic]tæ Reginæ Annæ constitutis erectarum, et erigendarum
Autoritate Apostolica perpetuo erigimus et instituimus. ac Priori, seu Seni-
ori Camerario ceterisq[ue] Deputatis Archiconfraternitatis huiusmodi, quæ-
cumq[ue] statuta, Decreta, et Ordinationes, licita tamen et honesta, ac Sacro-
rum Canonum dispositioni et præsertim Concilii Tridentini Decretis minime
contraria, faciendi, et condendi, et iam facta edita seu condita (matura consi-
deratione super illis per eos prius adhibita) nro nomine confirmandi et appro-
bandi, nec non quascumq[ue] confraternitates ubicumq[ue] existentes tam sub di-
cto nomine Sanctæ Annæ, quam alterius nuncupationis idem tamen institutu[m]
circa P[raedic]ta Caritatis opera tenentes, ipsi Archiconfraternitati aggregandi,
ac omnes et singulas indulgentias et peccatorum remissiones, et alias quascumq[ue]
spirituales gratias eidem Archiconfraternitati per nos, et alios Rom. Pont.
prædecessores nros quomodolibet concessas, et in futurum concedendas di-
ctis Confraternitatibus, quorum Archiconfraternitas Sanctæ Annæ ca-
put existit impartiendi. Necnon omnia Privilegia, Indulta, Prerogati-
vas, et facultates Archiconfraternitati Confalonis de Urbe per nos et alios
Rom. Pont. prædecessores nros præsertim illa, quæ in libro Statutorum
eiusdem Archiconfraternitatis continentur, quorum tenores hic pro expres-
sis haberi volumus, data Tributa et concessa tam respectu facultatis
aggregandi confraternitates, et alia pia loca Indulgentiarumq[ue] et peccatorum
remissionem aliis communicandi, quam Orationes XL horarum ac
ad instar stationum Urbis indulgentias certis Anni temporibus indicendi:
Necnon cetera omnia prout ipsa Confraternitas Confalonis de Urbe habet
et gerit habendi, et gerendi in dicto Regno Poloniæ facultatem, et auto-
ritatem tenore præsentium damus concedimus, et impartimur. Non obstan-
tibus nris de non concedendis indulgentiis ad instar ac aliis Constitutionibus
et Ordinationibus Apostolicis, ceterisq[ue] contrariis quibuscumq[ue]. DA-
TUM ROMÆ apud Sanctum MARCUM sub
Annulo Piscatoris Die XV Septembris. Anno domini M D
LXXXVI PONT. Nri Anno Secundo

Io. Thom. Gualterutius

IN NOMINE SANCTIS-SIMÆ ET INDIVIDVÆ TRINITATIS. AMEN

Iohannes Andreas Dei et Apostolicæ sedis gratia Episcopus Brittonoriensis et Comes sanctissimi in christo Patris et D. N. D. Gregorij diuina prouidencia PP. XIII. in vtraq; signatura Referendarius, ac Prælatus domesticus eiusq; ac sanctæ sedis Apostolicæ ad Serenissimum Principem STEPHANVM. Poloniæ Regem, eiusq; Poloniæ Regnum omniaq; alia dominia, et loca eidem Regi quomodolibet subiecta, cum potestate Legati de latere Nuncius. Vniuersis christifidelibus præsentes literas inspecturis salutem et sinceram in domino charitatem. His quæ pro omnipotentis Dei intemerataeq; eius genitricis Virginis MARIÆ et sanctæ ANNÆ. ipsius Deiparæ matris laude et gloria. at pro animarum salute, meritorijsq; operibus exercendis, pia et prouida fidelium ordinauit deuotio. vt firma perpetua. et illibata consistant, libenter cum a nobis petitur Apostolici muniminis adiicimus firmitatem. Illa etiam per quæ laus gloria. et animarum salus huiusmodi ac populi deuotio amplius possit procurari fauorabiliter concedimus, prout conspicimus in domino salubriter expedire. Sane exponi nobis nuper fecerunt dilecti in christo confratres infrascriptæ confraternitatis, quod alias ipsi, seu eorum prædecessores pia in DEVM et sanctam ANNAM Beatæ virginis MARIÆ matrem deuotione ducti, vnam vtriusq; sexus ac etiam tam secularis conditionis, quam ecclesiastici ordinis christifidelium confraternitatem sub ipsius sanctæ ANNÆ inuocatione apud diuersa huius incliti Regni, et magni Ducatus Lituaniæ loca, nostræ legationi subiecta instituerunt, sub certis constitutionibus et ordinationibus, ab ipsa confraternitate et Confratribus obseruandis. quas nobis in scriptis exhibuerunt huiusmodi sub tenore v[idelicet].

SOCIETAS SANCTÆ ANNÆ

ad gloriam et laudem dei omnipotentis, et ad consolationem fidelium Christianorum, eorumq; fidei spei et Charitatis incrementum. et comunem vtilitatem per Poloniam instituta et suscepta.

FRVCTVS CHARITATIS SALVS.
Psalmus LXI.

Confidite in DEO omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra DEUS adiutor noster in aeternum.

Fraternitas seu societas Beatae ANNAE matris Deiparae Virginis MARIAE, ut maiore deuotione, reuerencia, et vtilitate, ad gloriam et honorem vnius veri Dei in Trinitate sancta adorandi, et ad diligentiorem beneficiorum Dei, nobis per Beatam Annam, praeciosum Dei donarium, et filiam eius Intemeratam virginem in generatione saluatoris nri nobis exhibitorum commemorationem suscipiatur, crescat, et debita incrementa summat, haec capita generalia, nos eius Societatis fratres bono studio conscripsimus; ad quae seruanda, et auxilio diuino implenda, atque nunquam transgredienda nos ipsos, et qui eam Societatem suscepturi deinceps erunt, bona et christiana sponsione sponte et alacriter obligauimus.

CAPUT. I.

Vnusquisque nrum orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, et Professionem fidei Catholicae. tum et Decalogum debet scire, tenere, et intelligere: cum liberis quibus ij fuerint, et cum familia sua in domibus quibusque suis.

II.

Cum magna Reuerencia, deuotione, et attentione, Sacrosanctae Missae sacrificio quotidie adesse, circa illud passionem Domini et Saluatoris nostri Iesu christi meditari. pro illo Deo agere gratias. Ad sacrum vero quod tercia feria de sancta ANNA cani solet ad Fres Bernardinos Cracouiae. Vilnae. Varsouiae, Leopoli. et passim in Regno, Lituania et Russia. siue alijs in locis peculiaribus templis et sacellis, ex deuotione hominum constructis, vitam. S. ANNAE et Beatae Virginis MARIAE, et natiuitate incarnationem Domini Redemptoris nri recolere. Absentes vero negociorum suorum grauium causa impediti excusentur.

III.

Praeter tempora in sancta Catholica ecclesia constituta, et alia pro more et deuotione cuiusque die. S. Annae peccata sua humiliter Deo et sacerdoti idoneo confiteri: et sacrosanctam Eucharistiam deuote suscipere, alijs aut difficultatibus impediti vberiorem eleemosinam in pauperes erogabunt

IIII.

Ebrietatem et omne scandalum vitare. Item detractionem proximorum fugere, perniciosus enim et turpissimus morbus hic est. Nemini nocere lingua vel facto, imo omnibus prodesse, et esse auxilio opera nra opus habentibus liberalitate, consilio consolatione. Hominum fidelium dissensiones componere, eorumque concordiam promouere. de quolibet bene sentire, et cogitare, neminem dolo, fenore, fraude circumuenire, sed cum omnibus veri et syncere in omni actione versari.

V.

Cum nos audire contingit aliquem contra S. Catholicam Ecclesiam, eiusque do-

ctrinae

ctrinam, vel in specie contra filium Dei, contra spiritum sanctum, quod iam proh dolor, impune fertur, vel contra septem Sacramenta Ecclesiae, vel contra sanctos Dei loquentem, vel potius bacchantem, eius blasphemias, vel silentio vel subrisione, et quasi tacito assensu non excipere, sed cuicumque nostrum est aliqua doctrina, planiùs et pro modestia Catholica ubique respondere, ne stultus videatur sibi sapiens. Qui autem doctrina caret debet tamen dicere: id sibi displicere, quod secus sancta Ecclesia Catholica doceat. Et si Hereticus ille a sermone suo non quieverit sed verba sua continuare voluerit, ab illo assurgere et sicut D. Joha: Euan: a Cerinto ocyus, ne ira Dej in contemnentes supervenirent fugere et recedere.

VI.

Et quoniam assidue inter prospera et adversa rotamur, quae aequanimiter non ferimus, decet nos fratres eius Societatis utramque sortem moderatè ferre, In rebus secundis non efferri, neque Dei oblivisci sed eas potius ipsi acceptas referre, ac pro illis gratias agere, neque in superbiam extolli, aut per philautiam sibi placere aut aliquid subscribere. In tristibus autem non murmurare sed se divinae voluntati permittere, ac recordari tribulationum Domini Salvatoris nostri, et beatissimae Virginis Mariae, et Sanctae Annae, et sanctorum omnium, qui in asperis et molestis rebus semper Deo obtemperabant, eiusque voluntati subiecti erant.

VII.

CVm autem omnes infirma vasa gestemus, et infirmitati ita obnoxij simus, ut saepius ab officio nostro declinemus, et lapsus ac vitia nostra non cognoscamus Statutum est, ut quisque nostrum alterum fratrem Societatis de eius vitijs, quae certo explorata habeat in charitate fraterna admonere, et e converso sit obstrictus, quod ab admonito fratre grato, et in offenso animo, immo cum gratiarum actione accipi debet.

VIII

Simbolum seu signum huius Societatis quisque nostrum pensile feret e collo, aureum vel argentum, seu aeneum, catenula, vel velo, vel sericea chordula appensum numisma, cuiusmodi in terrenorum Principum gratiam ferri solet, ex una parte Beatae Annae, beatae virginis Mariae et Domini Jesu in earum sinu usitato more impressam imaginem, cum inscriptione in ambitu Sanctae Annae Societas. In altera vero parte haec tria verba Fructus charitatis salus, directe posita habens.

IX.

Senior frater unus debet singulis annis eligi, qui ab alijs rerum necessariarum admonitus, et tempus congressuum communium designabit, et omnis recti ordinis, et bonae operationis atque disciplinae erit director.

X.

In omnibus congressibus suis, qui in templo vel sacello S. Annae apud Fratres

Bernar:

Bernardinos, vel Palatio aut quolibet honesto loco, circa alia loca sanctae Annae dicata, habebuntur, fratres omni modestia et honestate utentur, nihilque ibi rerum aliarum agent, nisi quae ad necessitates huius societatis spectant. Quibus foeminae non intererunt, sed de his quae a fratribus constituentur e suggestu a Concionatore edocebuntur.

XI.

Arcula sive capsula societatis in Templo asservabitur, cuius claves apud Seniorem, atque alterum fratrem a congregatione electum, erunt. In hanc Annuae Eleemosinae pro Ecclesia, Sacerdotibus, et pauperibus loci, a fratribus et sororibus inferentur. Quod ut ratum singulis annis sit, fratres et sorores nomina sua in hanc societatem dantes, et se in librum Societatis, qui in templo semper servabitur, inscribentes, prout cuiusque voluntas erit quisque se numeraturum pro Eleemosyna pollicebitur, atque valorem et numerum exprimet, quod ad festum S. Annae daturus est.

XII.

In librum societatis huius fratres, vel sorores sese inscribentes, hac vel simili forma utentur. Ego N. huic Societati S. Annae subscribo, eamque servaturum me ad Dei gloriam et sancti eius Ecclesiae Catholicae incrementum et utilitatem promitto, ad usus huius societatis et Ecclesiae, et pauperum, singulis annis, quoad vivam et ubicunque fuero, si potero N. aureos vel florenos aut grossos, pro Eleemosyna daturus sum. Scripsi die mense Anno etc.

XIII.

Cum autem frater, aut soror eius Societatis ex hac misera vita, in caelestem illam transferetur, quisque eorum sepulturae ipsius intererit, et christiana charitate ultimum mortuo obsequium praestabit, illiusque exequias solitis ceremoniis, orationibus et Eleemosinis obibit. Absentes suam vicem tamen absentiam, aliqua eleemosyna qui poterunt, alioquin orationibus ad Deum pro eius anima compensabunt.

XIIII.

Bis in anno exequiae generales et funebre sacrum pro Fratribus et Sororibus defunctis huius societatis celebrabuntur, primo postridie S. Annae, quod si Dominica fuerit, transferetur in diem Lunae die festo non impedito, Secundo postridie Dedicationis Ecclesiae, vel Sacelli S. Annae quae solet fieri N. Quibus binis exequiis et sacris fratres et sorores adesse et orationes qui possunt pro more facere debent.

Corollarium.

Coronula S. Annae veteri more, una cum alijs rebus bonis, hoc erga Deum ingrato et proximo saeculo, sublata et intermissa, sed tamen a pijs et devotis hominibus

mibus ac præsertim matronis sanctis hucusque conseruata, recitabitur certis, temporibus ab hominibus minus occupatis, pro libito, eo modo, quem concionator seu Confessarius explicabit, sed ad orandum sequentes orationes singulis diebus deo obligati sint. Qui uero legere nesciunt loco Orationum infrascriptarum quinquies Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam ad honorem et gloriam quinque uulnerum Domini nostri Jesu christi singulis diebus deuote recitare, ac pro S. Ecclesia Catholica pro Serenissimo Rege nostro et pro Hereticorum conuersione Deum orare debent.

Orationes Societatis singulis diebus dicendæ

Pater noster. Aue Maria.

1 Deus qui Beatam Annam matrem tuæ genitricis fieri voluisti: præsta quæsumus vt apud te meritis vtriusque matris & filiæ Regna cælestia consequamur.

Cuius fuit initium Sessio prima celebrata 13 die mēsis Decembris 1545
Et fuit translatum propter pestem Bononiam pro die 21 Aprilis 1547 qua die fuit ibidem prima Sessio celebrata
Reassumptum et reuocatum Tridentum sub Julio iij PONT. MAX. ut patet ex concessionis eius Bulla data Cal. Decemb. 1548
Cuius Sessio prima fuit sub Julio iij Cal: Maij 1551
Et vltima sub Julio iij Aprilis 28 Anno chri 1552 in qua suspensum fuit concilium propter Bella in Germania ardentia cuius prouinciæ Epi ad sua tuenda ex Concilio dilapsi fuerant.
Iterum Indictum Tridenti a PIO IIII PONT. MAX. ad diem Resurrectionis domini in anno 1561 vt patet ex Bulla indictionis data Romæ iij Cal: Dec: 1560.
Cuius Sessio prima fuit die 18 Januarij 1562.
Finitum Sessione XXV cepta die 3 absoluta die 4 Decemb: 1563 sub eod: Pont: Sessione nona

Confirmatum ab eodem Pontifice Romæ Janua: die 26 Anno chri 1564.

DOCTRINA DE SACRAMENTO PENITENCIÆ

Sessione 14 quæ est 4 sub Iulio III Pont. Max. celebrata Tridenti die 25 Nouembris M.D.LI.

CAPVT I.

De necessitate et institutione Sacramenti penitentiæ.

Si ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, vt iusticiam in Baptismo, ipsius beneficio et gratia susceptam, constanter tuerentur; non fuisset opus, aliud ab ipso Baptismo sacramentum ad peccatorum remissionem esse institutum. Quoniam autem Deus, diues in misericordia, cognouit figmentum nrum; illis etiam vitæ remedium contulit, qui sese postea in peccati seruitutem, et Dæmonis potestatem tradidissent, Sacramentum videlicet Poenitenciæ; quo lapsis post Baptismum beneficium mortis chri applicatur. Fuit quidem poenitencia vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent quouis tempore ad gratiam, et iusticiam assequendam necessaria, illis etiam, qui Baptismi Sacramento ablui petiuissent, vt peruersitate obiecta et emendata, tantam Dei

offensionem cum peccati odio, et pio animi dolore detestarentur, unde Propheta ait: Convertimini, et agite penitenciam ab omnibus iniquitatibus vris. et nō erit uobis in ruinam iniquitas. Dominus etiam dixit: Nisi penitenciam egeritis omnes similiter peribitis. Et principes Apostolorum Petrus peccatoribus Baptismo initiandis, penitenciam commendans dicebat: Penitenciam agite et baptizetur unusquisque vestrum. Porro nec ante adventum chri Penitentia erat Sacramentum, nec est post adventum illius cuiquam ante Baptismum. Dominus autem Sacramentum penitentiæ tunc præcipue instituit; cum a mortuis excitatus, in sufflavit in discipulos suos dicens: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis retenta sunt. Quo tam insigni facto et uerbis tam perspicuis potestatem remittendi, et retinendi peccata, ad reconciliandos fideles, post Baptismum lapsos Apostolis. et eorum legitimis successoribus fuisse communicatā, universorum patrum consensus semper intellexit. Et Novatianes, remittendi potestatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Ecclesia Catholica. tanquam hæreticos explosit atq condemnavit. Quare verissimum hunc illorum verborum Domini sensum sancta hæc synodus probans, et recipiens, damnat eorum commenticias interpretaciones, qui uerba illa ad potestatem prædicandi uerbū dei et chri Euangelium annunciandi, contra huiusmodi sacramenti institutionem falso detorquent.

CAPUT II

De differentia Sacramenti Penitenciæ et Baptismi.

Certum hoc Sacramentum multis rationibus a Baptismo differre dignoscitur nam præterquam quod materia et forma, quibus sacramenti essencia perficitur, longissime dissidet: constat certe Baptismi ministrum iudicem esse non oportere: cum Ecclesia in neminem iudicium exerceat qui non prius in ipsam per Baptismi ianuam fuerit ingressus. Quid enim mihi, inquit Apostolus de iis, qui foris sunt iudicare? Secus est de domesticis fidei quos chrus Dominus lavacro Baptismi sui corporis membra semel effecit: nam hos si se postea crimine aliquo contaminaverint non iam repetito Baptismo ablui, cum id in Ecclesia Catholica nulla ratione liceat, sed ante hoc tribunal, tanquam reos, sisti voluit, ut per sacerdotum sentenciam non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum penitentes confugerint possint liberari. Alius est præterea Baptismi enim chrum induentes, noua prorsus in illo efficimur creatura, planam et integram peccatorum omnium remissionem consequentes, ad quam tamen novitatem, et integritatem, per Sacramentum penitenciæ, sine magnis nris fletibus, et laboribus, divina id exigente iusticia, pervenire nequaquam possumus; ut merito Penitentia laboriosus quidā Baptismus a sanctis Patribus dictus fuerit. Est hoc aut Sacramentum Penitenciæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus.

CAPUT III.

De partibus et fructu huius Sacramenti.

Docet preterea sancta synodus, Sacramenti Penitentiæ formam, in qua præcipue ipsius uis sita est, in illis ministri uerbis positam esse: Ego te

absoluo te. quibus quidem de ecclesiae sanctae more preces quaedam laudabi-
liter adiunguntur: ad ipsius tamen formae essenciam nequaquam spectant: neque
ad ipsius Sacramenti administrationem sint necessariae. Sunt aut quasi materia
huius Sacramenti ipsius penitentis actus, nempe contritio, cofessio, et satisfactio.
Qui quatenus in penitente ad integritatem Sacramenti, quod plenamque, et per-
fectam peccatorum remissionem ex Dei institucione requiruntur, hac ratione
penitenciae partes dicuntur. Sane vero res, et effectus huius Sacramenti, quan-
tum ad eius vim, et efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo, quam inter-
dum in viris pijs, et cum deuotione hoc sacramentum percipientibus, consciencie
pax, ac serenitas cum uehementi spus consolatione consequi solet. Haec de
partibus, at effectu huius sacramenti, sancta Synodus tradens, simul eorum
sentencias damnat, qui penitenciae partes, incussos consciencie terrores, et
fidem esse contendunt.

CAPUT IIII.

De Contritione.

Contritio, quae primum locum inter dictos penitentis actus habet, animi
dolor, ac detestacio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de
cetero. Fuit autem quouis tempore ad impetrandam ueniam peccatorum hic
contritionis motus necessarius; et in homine post baptismum lapso, ita demum
praeparat ad remissionem peccatorum; si cum fiducia diuinae misericordiae, et voto
praestandi reliqua, coniunctus sit, quae ad rite suscipiendum hoc sacramentu
requiruntur. Declarat igr sancta Synodus, hanc contritionem, non solum cessa-
tionem a peccato, et uitae nouae propositum, et inchoationem, sed veteris etia
odium continere, iuxta illud: Proijcite a vobis omnes iniquitates vras, in qui-
bus praeuaricati estis, et facite vobis cor nouum, et spiritum nouum. Et cer-
te qui illos sanctorum clamores considerauerit: Tibi soli peccaui, et malum co-
ram te feci: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meu;
Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae: et alios huius-
modi generis: facile intelliget, eos ex uehementi quodam anteactae vitae odio,
et ingenti peccatorum detestacione manasse. Docuit praeterea, etsi Contritio-
nem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat, hominemque Deo re-
conciliare, priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilo-
minus reconciliationem ipsi Contritioni sine Sacramenti voto, quod in il-
la includitur, non esse adscribendam. Illam uero contritionem imperfe-
ctam, quae Attritio dicitur, quoniam uel ex turpitudinis peccati considera-
tione, vel ex gehenne, et poenarum metu communiter concipitur, si volun-
tatem peccandi excludat, cum spe veniae; declarat non solum non facere
hominem hypocritam, et magis peccatorem, verum etiam donum dei esse, et
spiritus sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moue-
tis, quo poenitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. Et quamuis sine
Sacramento Poenitentiae per se ad iustificationem perducere peccatore
nequeat; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento poenitenciae impetra-
dam disponit, hoc enim timore utiliter concussi Niniuitae, ad Ione praedi-
cationem, plenam terroribus, penitentiam egerunt, et misericordiam a
Domino impetrarunt. Quamobrem falso quidam calumniantur Catho-

licos scriptores, quasi tradiderint sacramentum pœnitenciæ, absque bono motu suscipientium, gratiam conferre: quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit. sed et falso docent, Contritionem esse extortam, et coactam, non liberam et voluntariam.

CAPUT V.
De Confessione.

Ex institutione sacramenti Pænitenciæ iam explicata uniuersa Ecclesia semper intelligit institutam etiam esse a Domino integram peccatorum confessionem, et omnibus post Baptismum lapsis iure diuino necessariam existere, quia Dominus noster Jesus christus, e terris ascensurus ad cœlos, sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit, tanquam præsides, et iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ christi fideles ceciderint; quo pro potestate clauium remissionis, aut retentionis peccatorum sententiam pronunctient. constat enim sacerdotes iudicium hoc incognita causa, exercere non potuisse, neque æquitatem quidem illos in pœnis iniungendis seruare potuisse, si in genere duntaxat, et non potius in specie, ac sigillatim, sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitur oportere a penitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in Confessione recenseri, etiam si occultissima illa sint, et tantum aduersus duo vltima decalogi præcepta commissa, quæ non nunquam animum grauius sauciant et periculosiora sunt iis, quæ in manifesto admittuntur, nam venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, et in quæ frequentius labimur, quamquam recte, et utiliter citraque omnem præsumptionem in Confessione dicantur, quod piorum hominum vsus demonstrat, taceri tamen citra culpam, multisque aliis remediis expiari possunt. Verum cum uniuersa mortalia peccata, etiam cogitationis, homines iræ filios, et Dei inimicos reddant, necessum est omnium etiam veniam cum aperta, et uerecunda confessione a Deo quærere. Itaque dum omnia quæ memoriæ occurrunt peccata christi fideles confiteri student, proculdubio omnia diuinæ misericordiæ agnoscenda exponunt, qui vero secus faciunt, et scienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per sacerdotem remittendum proponunt, si enim erubescat agnotus uulnus medico detegere, quod ignorat medicina non curat. Colligitur præterea, etiam eas circumstantias in confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant, quod sine illis peccata ipsa neque a pœnitentibus integre exponantur, nec iudicibus innotescant, et fieri nequeat, ut de grauitate criminum recte censere possint, et pœnam quam oportet pro illis pœnitentibus imponere. unde alienum a ratione est, docere circumstantias confitendas esse, nempe peccasse in fratrem. Sed et impium est Confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur impossibilem dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare, constat enim nihil aliud in Ecclesia a pœnitentibus exigi, quam ut postquam quisque diligentius se excusserit, et conscientiæ suæ sinus omnes, et latebras explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, et Deum suum mortaliter offendisse meminerit: reliqua aut peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in uniuersum eadem Confessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus. Ab occultis meis munda me Domine. Ipsa uero huiusmodi

Confessionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia gravis quidem videri posset, nisi tot, tantisque commodis, et consolationibus levaretur, quae omnibus, digne ad hoc sacramentum accedentibus, per absolutionem certissime conferuntur. Ceterum, quo ad modum confitendi secreto apud solum sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, et sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob ecclesiae offensae aedificationem, delicta sua publico confiteri possit: non est tamen hoc divino praecepto mandatum, nec satis consulte humana aliqua lege praeciperetur, ut delicta, praesertim secreta, publica essent Confessione aperienda, unde cum a sanctissimis, et antiquissimis Patribus, magno unanimique consensu, secreta confessio sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta usa est, et modo etiam utitur, fuerit semper commendata; manifeste refellitur inanis eorum calumnia, qui eam a divino mandato alienam, et inventum humanum esse, atque a patribus, in Concilio Lateranensi congregatis initium habuisse, docere non verentur, neque enim per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, ut Christi fideles confiterentur; quod iure divino necessarium, et institutum esse intellexerat sed ut praeceptum confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus et singulis, cum ad annos discretionis pervenissent impleretur. unde iam in universa Ecclesia, cum ingenti animarum fidelium fructu, observatur mos ille salutaris confitendi sacro illo, et maxime acceptabili tempore Quadragesimae: quem morem haec sancta Synodus maxime probat, et amplectitur, tanquam pium et merito retinendum

CAPUT VI.

De ministro huius Sacramenti, & Absolutione

Circa ministrum autem huius Sacramenti, declarat sancta Synodus, falsas esse, et a veritate Euangelii penitus alienas doctrinas omnes, quae ad alios quosvis homines, praeter Episcopos, et sacerdotes, clavium ministerium perniciose extendunt; putantes verba illa Domini; Quaecumque alligaveritis super terram, erunt alligata et in caelo; et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo: et quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt; ad omnes christi fideles indifferenter, et promiscue, contra institutionem huius Sacramenti, ita fuisse dicta, ut quivis potestatem habeat remittendi peccata, publica quidem per correptionem, si correptus acquieverit; secreta vero per spontaneam Confessionem, cuicumque factam. Docet quoque, etiam sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem spiritus sancti, in ordinatione collatam, tanquam christi ministros, functionem remittendi peccata exercere, eosque prave sentire, qui in malis sacerdotibus hanc potestatem non esse contendunt. Quamvis autem absolutio sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium, vel annunciandi Euangelium, vel declarandi remissa esse peccata; sed ad instar actus iudicialis, quo ab ipso, velut a iudice, sententia pronunciatur. atque ideo non debet poenitens adeo sibi de sua ipsius fide blandiri, ut, etiam si nulla illi adsit contritio, aut sacerdoti animus serio agendi, et vere absolvendi desit; putet tamen se, propter suam solam, fidem vere, et coram Deo esse absolutum, nec enim fides sine poeniten-

cia remissionem vllam peccatorum praestaret: nec is esset, nisi salutis suae negligentissimus, qui sacerdotem ioco se absoluentem cognosceret; et non alium seria agentem sedulo requireret

CAPUT VII.

De casuum reseruatione.

Quoniam igitur natura, et ratio iudicii illud exposcit, vt sententia in subditos duntaxat feratur; persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, et verissimum esse Synodus haec confirmat nullius momenti Absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Magnopere vero ad christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis patribus nris visum est, vt atrociora quaedam, et grauiora crimina non a quibusuis, sed a summis duntaxat sacerdotibus absoluerentur. vnde merito pontifices Max. pro suprema potestate, sibi in ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas criminum grauiores suo potuerunt peculiari iuditio reseruare. Neque dubitandum est, quando omnia, quae a deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cuique dioecesi, in aedificationem tamen, non in destructionem, liceat, pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores sacerdotes auctoritate, praesertim quo ad illa, quibus excommunicationes censura annexa est, Hanc aut delictorum reseruationem consonum est diuinae auctoritati, non tantum in externa politia, sed etiam coram Deo vim habere. veruntamen pie admodum ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis: atque ideo omnes sacerdotes quoslibet penitentes a quibusuis peccatis, et censuris absoluere possunt: extra quem articulum sacerdotes cum nihil possint in casibus reseruatis, id vnum penitentibus persuadere nitantur; vt ad superiores. et legitimos iudices pro beneficio Absolutionis accedant.

CAPUT VIII

De satisfactionis necessitate et fructu.

Demum, que ad satisfactionem, quae ex omnibus penitenciae partibus, quemadmodum et Patribus nris chriano populo fuit perpetuo tempore commendata, ita vna maxime nra aetate, summo pietatis praetextu impugnatur ab iis, qui speciem pietatis habent, virtutem autem eius abnegarunt: sancta Synodus declarat falsum omnino esse, et a verbo dei alienum, culpam a domino numquam remitti, quin vniuersa etiam poena condonetur. perspicua enim, et illustria in sacris lris exempla reperiuntur, quibus, praeter diuinam traditionem, hic error quam manifestissime reuincitur. Sane et diuinae iusticiae ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gram recipiantur, qui ante baptismum per ignorantiam deliquerint; aliter vero, qui semel a peccati, et daemonis seruitute liberati, et accepto spiritus sancti dono, scientes templum dei violare, et spiritum sanctum contristare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis absque vlla satisfactione peccata dimittantur, vt occasione accepta, peccata leuiora putantes, velut iniurii, et contumeliosi spiritui sancto, in grauiora labamur, thesaurizantes nobis iram in die irae. proculdubio enim magnopere a peccato reuocant, et quasi freno quo-

dam coercent hæ satisfactoriæ pœnæ, cautioresque, et vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt; medentur quoque peccatorum reliquijs, et vitiosos habitus, male uiuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt. Neque vero securior ulla via in Ecclesia Dei nunquam existimata fuit ad amouendam imminentem a Domino pœnam, quam ut hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quod, dum satisfaciendo patimur pro peccatis, chro Jesu, qui pro peccatis nris satisfecit, ex quo omnis nra sufficientia est, conformes efficimur, certissimam quoque inde arrham habentes, quod si compatimur et conglorificabimur. Neque vero ita nra est satisfactio hæc, quam pro peccatis nris exoluimus, ut non sit per chrum Jesum. nam qui ex nobis, tanquã ex nobis, nihil possumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia possumus. ita non habet homo unde glorietur: sed omnis gloriatio nra in chro est; in quo viuimus. in quo meremur, in quo satisfacimus: facientes fructus dignos pœnitentiæ; qui ex illo vim habet; ab illo offeruntur patri; et per illum acceptantur a patre. Debent ergo sacerdotes domini, quantum spiritus, et prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, et pœnitentium facultate salutares et conuenientes satisfactiones iniungere, ne, si forte peccatis conniueant, et indulgentius cum pœnitentibus agunt, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad nouæ vitæ custodiam, et infirmitatis medicamẽtum; sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, et castigationem. nam claues sacerdotum non ad soluendum duntaxat, sed et ad ligandum concessas, etiam antiqui patres, et credunt et docent, nec propterea existimarunt Sacramentum pœnitentiæ esse forum iræ, vel pœnarum; sicut nemo unquam Catholicus sensit. et huiusmodi nris satisfactionibus vim meriti et satisfactionis Domini nri Jesu Christi vel obscurari. vel aliqua ex parte imminui: quod dum Nouatores intelligere nolunt, ita optimam Pœnitentiam nouam vitam esse docent. ut omnem satisfactionis vim, et usum tollant

CAPUT IX.

De operibus Satisfactionis

Docet præterea, tantum esse diuinæ munificentiæ largitatem, ut non solum pœnis sponte a nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis, sed etiam, quod maximum amoris argumentũ est. temporalibus flagellis a deo inflictis, et a nobis patienter toleratis, apud Deum patrem per chrũ Jesum satisfacere valeamus

Sessione vi sub Paulo iii Pont. Max. celebrata Tridenti die xiii Ianuarii M.D.XLVII

CAPUT XIIII.

De lapsis et eorum reparatione.

Qui uero ab accepta iustificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cum, excitante Deo per pœnitentiæ Sacramentum, merito chri

amissam gratiam recuperare procurauerint. hic enim iustificationis modus est lapsi reparatio; quam secundum post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti Patres apte nuncuparunt. Et enim pro ijs, qui post Baptismum in peccata labuntur, christus Jesus Sacramentum instituit Pœnitenciæ, cum dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt. Unde docendum est, christiani hominis pœnitenciam post lapsum multo aliam esse a Baptismali; eaque contineri non modo cessationem a peccatis, et eorum detestationem, aut cor contritum, et humiliatum, verum etiam eorundem sacramentalem confessionem saltem in voto, et suo tempore faciendam, et sacerdotalem Absolutionem; itemque satisfactionem per ieiunia, eleemosina, orationes, et alia pia spiritualis vitæ exercitia, non quidem pro pœna æterna; quæ uel Sacramento, vel Sacramenti voto vna cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali; quæ, vt sacræ litteræ docent, non tota semper, vt in Baptismo fit, dimittitur illis, qui graciæ dei, quam acceperunt, ingrati spiritum sanctum contristauerunt, et templum dei violare non sunt veriti. De qua pœnitencia scriptum est: Memor esto, vnde excideris: age pœnitenciam, et prima opera fac. Et iterum: Quæ secundum deum tristitia est, pœnitenciam in salutem stabilem operatur. Et rursus: Pœnitenciam agite, et facite fructus dignos pœnitenciæ.

CAPUT. XV.

Quolibet mortali peccato amitti gratiã, sed non fidem.

Aduersus etiam hominum quorundam calida ingenia, qui per dulces sermones, et benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est, non modo infidelitate, per quam et ipsa fides amittitur, sed etiam quocumque alio mortali peccato, quamuis non amittatur fides, acceptam iustificationis gratiam amitti; diuinæ legis doctrinam defendendo, qua a regno dei non solum infideles excludit, sed et fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, auaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosque omnes qui letalia committunt peccata, a quibus cum diuinæ grãæ adiumento abstinere possunt, et pro quibus a christi gratia separantur.

CAPUT. XVI

De fructu iustificationis, hoc est de merito bonorum operum deque ipsius meriti ratione.

Hac igr̃ ratione iustificatis hominibus, siue acceptam gratiam perpetuo conseruauerint, siue amissam recuperauerint, proponenda sunt Apostoli verba: Abundate in omni opere bono scientes quod labor vester non est inanis in Domino, non enim iniustus est deus, vt obliuiscatur operis uestri, et dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius. Et, Nolite amittere confidentiam vrãm, quæ magnam habet renumerationem. Atque ideo bene operantibus usque in finem, et in deo sperantibus proponenda est vita æterna, et tanquam gratia filijs dei per chrũm Jesum misericorditer promissa, et tanquam merces, ex ipsius dei promissione bonis ipsorum operibus et meritis fideliter reddenda. hæc est enim illa corona iusticiæ, quam post suum certamen, et cursum reposi-

tam sibi esse agebat Apostolus, a iusto iudice sibi reddendam, non solum autē sibi, sed et omnibus, qui diligunt adventum eius, cum enim ille ipse Chrūs Jesus tanquam caput in membra, et tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, et comitatur, et subsequitur; et sine qua nullo pacto Deo grata, et meritoria esse possent, nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est quo minus plene illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, divinæ legi pro huius vitæ statu satisfecisse, et vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendam, vere promeruisse censeantur: cum chrūs, salvator nr̄, dicat: Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum; sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ita neque propria nrā iusticia, tanquam ex nobis propria statuitur: neque ignoratur, aut repudiatur iusticia Dei, quæ enim iusticia nrā dicitur, quia per eam nobis inhærentem iustificamur; illa eadem Dei est, quia a Deo nobis infunditur per chri meritum, Neqꝫ vero illud omittendum est; quod licet bonis operibus in sacris litteris usque adeo tribuatur, ut etiam qui uni ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Chrūs eum non esse sua mercede cariturum: et Apostolus testetur, id quod in præsenti est momentaneum, et leve tribulationis nrǣ, supramodum in sublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis: absit tamen, ut Christianus homo in se ipso vel confidat, vel glorietur, et non in Domino: cuius tanta est erga omnes homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et qr in multis offendimus omnes; unusquisqꝫ sicut misericordiam et bonitatem, ita severitatem, et iudicium ante oculos habere debet, neque se ipsum aliquis etiam si nihil sibi conscius fuerit, iudicare: quoniam omnium hominum vita non humano iudicio examinanda, et iudicanda est, sed Dei: qui, illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium, et tunc laus erit unicuiqꝫ a Deo, qui ut scriptum est, reddet unicuiqꝫ secundum opera sua.

Sessione XXIIII sub Pio IIII Pont: Max. celebrata Tridenti die XI Novembris M.D.LXIII.

CAPUT VI.

Decreto de reformationis.

Liceat Epīs in irregularitatibus omnibus, et suspensionibus, ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, et exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, dispensare, et in quibuscumqꝫ casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscumqꝫ sibi subditos, in diœcesi sua per se ipsos, aut vicarium, ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absolvere, imposita pœnitencia salutari. Idem et in hæresis crimine in eodem foro conscienciæ gratis absolvere, imposita pœnitencia salutari. Idem et in hæresis crimine in eodem foro conscienciæ eis tantum non eorum Vicarijs, sit permissum.

Ibidem CAPUT VIII.

Apostolus movet, publice peccantes palam esse corripiendos. Quando igr ab aliquo publice, et in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos, commotosqꝫ fuisse, non sit dubitandū; huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam publice iniungi oportet, ut quos exemplo suo ad malos mores

prouocauit, suae emendationis testimonio ad rectam reuocet vitam. Episcopus ta-
men publicae hoc paenitenciae genus in aliud secretum poterit commutare, quando ita
magis iudicauerit expedire. In omnibus etiam Cathedralibus ecclesijs, vbi id comode
fieri poterit. Paenitentiarius aliquis cum vnione praebendae, proxime vacaturae, ab Epi-
scopo instituatur, qui Magister sit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure
Canonico, et annorum quadraginta, seu alias qui aptior pro loci qualitate reperi-
atur; qui dum confessiones in ecclesia audiet, interim praesens in choro censeatur.

Sessione XXIII sub Pio IIII Pont. Max. celebrata Tri-
denti die XV Iulii M. D. LXIII.

CAPVT XV.

Decreto de reformatione

Quamuis praesbiteri in sua ordinatione a peccatis absoluendi potestatem acci-
piant, decernit tamen sancta Synodus, nullum, etiam Regularem, posse confessio-
nes saecularium, etiam sacerdotum, audire; nec ad id idoneum reputari; nisi aut paro-
chiale beneficium; aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium,
aut alias idoneus iudicetur; et approbationem, quae gratis detur, obtineat: pri-
uilegijs, et consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus.

Sessione XXII sub Pio IIII Pont. Max. celebrata Tri-
denti die XVII Septembris. M. D. LXII.

CAPVT XI.

Decreto de reformatione

Si quem Clericorum, uel Laicorum, quacumque is dignitate, etiam Imperiali,
aut Regali praefulgeat, in tantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit,
ut alicuius ecclesiae, seu cuiusuis saecularis, vel regularis beneficij. Montium
pietatis, aliorumque piorum locorum iurisdictiones, bona census, ac iura, etia
feudalia, et emphiotyca, fructus, emolumenta, seu quaecumque obuentiones,
quae in ministrorum et pauperum necessitates conuerti debent; per se, uel alios
ui, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut lai-
corum, seu quacumque arte, aut quocumque quaesito colore in proprios usus con-
uertere, illosque vsurpare praesumpserit, seu impedire, ne ab ijs, ad quos iure
pertinent. percipiantur: is anathemati tamdiu subiaceat, quamdiu iurisdictio-
nes, bona, res, iura, fructus, et redditus, quos occupauerit, vel qui ad eum
quomodocumque, etiam ex donatione suppositae personae, peruenerint, ec-
clesiae eiusque administratori siue beneficiato integre restituerit; ac deinde Ro-
mano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si eiusdem Ecclesiae patro-
nus fuerit; etiam iure patronatus vltra praedictas paenas eo ipso priuatus
existat. Clericus vero, qui nefandae fraudis, et vsurpationis huiusmodi fa-
bricator, seu consentiens fuerit eisdem paenis subiaceat; necnon quibus-
cumque beneficijs priuatus sit, et ad quaecumque alia beneficia inhabilis ef-
ficiatur; et a suorum Ordinum executione, etiam post integram satisfa-
ctionem, et absolutionem, sui Ordinarij arbitrio suspendatur.

Sessione XXV sub Pio IIII Pont. Max. celebrata Tridenti die III absoluta die IIII Decẽbris M.D.LXIII.

CAPUT III.

Decreto de reformatione.

Quamuis excommunicationis gladius neruus sit ecclesiasticæ disciplinæ, et ad continendos in offitio populos valde salutaris: sobrie tamen, magnaque circumspectione exercendus est: cum experientia doceat, si temere aut leuibus ex rebus incutiatur, magis cõtemni, quam formidari; et perniciem potius parere, quam salutẽ. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus p̃missis, ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, a nemine prorsus, præterquam ab Episcopo, decernantur; et tunc non alias, quam ex re non uulgari, causaque diligenter, ac magna maturitate per Episcopum examinata, quæ eius animum moueat; nec ad eas concedendas cuiusuis sæcularis, etiam Magistratus, auctoritate adducatur: sed totum hoc in eius arbitrio, et conscientia sit positum: quando ipse pro re, loco, persona, aut tempore eas decernendas esse iudicauerit. In causis vero iudicialibus mandatur omnibus iudicibus ecclesiasticis, cuiuscumque dignitatis existant, vt quandocumque executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicii propria auctoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se tam in procedendo, quam definiendo, a censuris ecclesiasticis, seu interdicto: sed liceat eis, si expedire videbitur in causis ciuilibus, ad forum ecclesiasticũ quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque, etiam laicos, per multas pecuniarias; quæ locis pijs, ibi existentibus, eo ipso, quod exactæ fuerint, assignentur; seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam, siue etiam per priuationem beneficiorum, aliaque iuris remedia procedere, et causas definire. Quod si executio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit; sitque erga iudicem contumacia: tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio suo præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel personalis, vt supra fieri poterit; erit a censuris abstinendum; sed si dictæ executioni facile locus esse non possit; licebit iudici hoc spirituali gladio in delinquentes uti; si tamen delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet. Nefas autẽ sit sæculari cuilibet magistratui prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet; aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, sub prætextu, quod contenta in p̃nti decreto non sint obseruata; cum non ad sæculares; sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. Excõmunicatus vero quicunque si post legitimas monitiones non resipuerit, non solum ad sacramenta, et cõmunionem fidelium ac familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato animo, censuris annexus, in illis per annum insorduerit; etiam cõtra eum, tanquam de hæresi suspectum, procedi possit.

Ibidem CAPUT XII.

Non sunt ferendi, qui varijs artibus decimas ecclesijs obuenientes, subtrahere moliuntur; aut qui ab alijs soluendas temere occupant, et in rem suam vertunt: cum decimarum solutio debita sit Deo; et qui eas dare noluerit, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. Præcipit igr̃ sancta Synodus

omnibus, cuiuscumque gradus et conditionis sint, ad quos decimarū solutio spectat, ut eas, ad quas de iure tenentur, in posterum cathedrali, aut quibuscumqꝫ alijs ecclesijs, vel personis, quibus legittime debentur integre persoluant. Qui vero eas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta, absoluantur. Hortatur deinde omnes, et singulos, pro christiana caritate, debitoqꝫ erga pastores suos munere, ut de bonis sibi a deo collatis, Episcopis, et Parochis, qui tenuioribus praesunt ecclesijs, large subuenire ad Dei laudem, atqꝫ ad Pastorū suorū qui pro eis inuigilant, dignitatem tuendam non grauentur.

Ibidem Continuata Sessione die IIII Decembris.

Decretum de Indulgenciis

Cum potestas conferendi indulgencias a chrō Ecclesiae concessa sit; atqꝫ huius modi potestate, diuinitus sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit: Sacrosancta Synodus indulgentiarum usum, christiano populo maxime salutarem, et Sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse docet, et praecipit; eosqꝫ anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt; vel eas conce-dendi in Ecclesia potestatem esse negant, in his tamen concedendis moderationem, iuxta veterem, et probatam in ecclesia consuetudinem, adhiberi cupit; ne nimia facilitate Ecclesiastica disciplina eneruetur. Abusus vero, qui in his irrepserunt et quorum occasione insigne hoc Indulgentiarum nomen ab hereticis blasphematur, emendatos, et correctos cupiens, praesenti decreto generaliter statuit, prauos quaestus omnes pro his consequendis, unde plurima in christiano populo abusuum causa fluxit, omnino abolendos esse. Caeteros vero, qui ex superstitione, ignorantia, irreuerentia, aut aliunde quomodocumqꝫ prouenerunt; cum ob multiplices locorum, et prouinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas commode nequeant specialiter prohiberi; mandat omnibus Episcopis, ut diligenter quisqꝫ huiusmodi abusus ecclesiae suae colligat, eosqꝫ in prima Synodo prouinciali referat: ut aliorum quoqꝫ Episcoporum sententia cogniti, statim ad summum Romanum Pontificem deferantur: cuius auctoritate, et prudentia quod uniuersali Ecclesiae expediet, statuatur; ut ita sanctarum indulgentiarum munus pie sancte et incorrupte omnibus fidelibus dispensetur.

Ibidem Decretum de delectu ciborum ieiuniis et diebus festis

Insuper hortatur sancta Synodus, et per sanctissimum Domini nri, atqꝫ Saluatoris aduentum Pastores omnes obtestatur, ut tanquam boni milites illa omnia, quae sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater et magistra, statuit, necnon ea quae tam in hoc Concilio, quam in alijs oecumenicis statuta sunt, quibuscumque fidelibus sedulo commendent; omniqꝫ diligentia utantur, ut illis omnibus, et ijs praecipue sint obsequentes, quae ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, et ieiunia; vel etiam, quae faciunt ad pietatem augendam, ut dierum festorum deuota, et religiosa celebratio ad mouentes populos crebro, obedire Praepositis suis: quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient; qui vero contemnunt, Deum ipsum ultorem sentient.

Ibidem Decretum de indice Librorum et Cathechismum Breuiariæ Missali.

Sacro sancta synodus in secunda Sessione, sub Sanctissimo Domino nro Pio Quarto celebrata, dilectis quibusdam patribus commisit ut de variis censuris, ac libris, vel suspectis, vel permitiosis, quid facto opus esset; considerarent; atque ad ipsam sanctam Synodum referent; audiens nunc, huic operi ab eis extremam manum impositam esse, nec tamen, ob librorum varietatem, et multitudinem, distincte, et commode possit a sancta Synodo dijudicari; præcipit, vt quicquid ab illis præstitum est, Sanctissimo Romano Pontifici exhibeatur; vt eius iuditio, atque autoritate terminetur, et euulgetur. Idemque de Cathechismo a Patribus, quibus illud mandatum fuerat, et de Missali, et Breuiario fieri mandat.

Ibidem Decretum de recipiendis et obseruandis decretis Concilii.

Tanta fuit horum temporum calamitas, et hæreticorum inueterata malitia, vt nihil tam clarum in fide nra asserenda vnquam fuerit, aut tam certo statutum; quod non humani generis hoste suadente, illi errore aliquo contaminauerint. ea propter sancta Synodus id potissimum curauit, vt præcipuos hæreticorum nri temporis errores damnaret, et anathematizaret, veramque et catholicam doctrinam traderet, et doceret, prout damnauit, anathematizauit, et definiuit. Cumque tam diu tot Episcopi, ex varijs Christiani orbis prouincijs euocati, sine magna gregis sibi commissi iactura, et vniuersali periculo ab ecclesijs abesse non possint; nec vlla spes restet, hæreticos, toties, fide etiam publica, quam desiderarunt, inuitatos, et tamdiu expectatos, huc amplius aduenturos; ideoque tandem huic sacro Concilio finem imponere necesse sit: superest nunc, vt principes omnes, quod facit in Domino moneat ad operam suam ita præstandam, vt quæ ab ea decreta sunt, ab hæreticis deprauari, aut violari non permittant; sed ab his, et omnibus deuote recipiantur, et fideliter obseruentur. Quod si in his recipiendis aliqua difficultas oriatur; aut aliqua inciderint, quæ declarationem, quod nõ credit, aut definitionem postulent; præter alia remedia in hoc Concilio instituta. confidit sancta Synodus Beatissimum Romanum Pontificem curaturum, vt vel euocatis ex illis præsertim prouincijs, vnde difficultas orta fuerit, ijs, quos eidem negotio tractando viderit expedire vel etiam Concilij gnalis celebratione, si necessarium iudicauerit, vel commodiore quacumque ratione ei visum fuerit. prouincialium necessitatibus pro dei gloria, et Ecclesiæ tranquillitate consulatur.

Ibidem Decreto de reformatione.

CAPVT II

Cogit temporum calamitas, et inualescentium hæresum malitia, vt nihil sit prætermittendum, quod ad populorum ad ædificationem et catholicæ fidei præsidium videatur posse pertinere. Præcipit igr sancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, et omnibus alijs, qui de iure, vel consuetudine in Concilio prouinciali interesse debent, vt in ipsa prima Synodo prouinciali, post finem prntis Concilii habenda, ea omnia et singula, quæ ab hac sancta Synodo definita, et statuta sunt, palam recipiant

necnon veram obedienciam summo Romano Pontifici spondeant, et profiteantur; simulq; hereses omnes, a sacris canonibus et generalibus Conciliis presertim quæ ab hac eadem Synodo damnatas, publice detestentur, et anathematizent. Deinq; in posterum quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcoposq; promouendi, in prima Synodo prouinciali in qua ipsi interfuerint, omnino obseruent. Quod si quis ex supradictis omnibus, quod absit, renuerit; Episcopi comprouinciales statim summum Romanum Pontificem admonere sub pœna diuinæ indignationis teneantur; interimq; ab eiusdem communione abstineat. Cæteri vero omnes, siue in presenti, siue in futurum beneficia ecclesiastica habituri, et qui in Synodo diœcesana conuenire debent, idem, ut supra, in ea Synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur faciant, et obseruent: alias secundum formam sacrorum canonum puniantur. Ad hæc omnes ij, ad quos vniuersitatum, et studiorum generalium cura, visitatio, et reformatio pertinet, diligenter curent, vt ab eisdem vniuersitatibus canones et decreta huius sanctæ Synodi integre recipiantur ad eorumque normam Magistri Doctores, et alii in eisdem vniuersitatibus ea, quæ Catholicæ fidei sunt, doceat, et interpretentur seque ad hoc institutum initio cuiuslibet anni solemni iuramento obstringant: sed et si aliqua alia in prædictis vniuersitatibus correctiõe, et reformatione digna fuerint, ab eisdem, ad quos spectat, pro religionis, et disciplinæ ecclesiasticæ augmento emendentur, et statuantur. Quæ vero vniuersitates immediate summi Roma. Pontificis protectioni et visitationi sūt subiectæ; has sua Beatitudo per eius delegatos eadem, qua supra ratione et prout ei vtilius visum fuerit salubriter visitari, et reformari curabit.

Bulla SS. D. N. D. Pii diuina prouidentia PP. IIII super declaratione temporis ad obseruanda decreta sacri œcumenici et generalis concilii Tridentini.

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI ad perpetuam rei memoriam

Sicut ad sacrorum Conciliorum decreta ac Canones auctoritas atq; confirmatio apostolicæ sedis et debet, et solet accedere, ita si qua super eis exorta sit dubitatio, eiusdem sedis iudicio et declaratione tollenda est. Ad aures nras peruenit multos esse, qui dubitent ex quo tempore cœperint decreta sacri gnalis Concilii Tridentini ad reformationem et ius positiuum duntaxat, spectantia eos, ad quos pertinent, obligare, illa præsertim quæ tempora certa præstituunt ad prouinciales diœcesanas quæ Synodos celebrandas ad sacros ordines suscipiendos, ad religionem profitendam, ad parochiales ecclesias, aliaque beneficia Ecclesiastica, quæ eiusdem Concilii decretis retineri prohibitum sit, resignanda, et ad complures res huiusmodi exequendas, et alias omnes ad prædictam reformationem vsque positiuum tantum spectantes quæ obseruari aut euitari debeant. Nos itaque ut oĩs controuersia dubitatioque tollatur, motu proprio eam rem, prout rationi,

iuri, et æquitati conuenire censuimus, duximus declarandam. Nam et si ipsius Concilii Decreta etiam de venerabilium fratrum nrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, et assensu in Consistorio nro secreto confirmata a nobis fuerunt sub finem Mensis Januarii, et ab eo etiam tempore apud hanc sanctam Sedem obseruari cœperunt; quia tamen non parum temporis in eis Romæ diligenter emendatque imprimendis necessario consumptum fuit, et iure etiam communi sancitum est, ut constitutiones nouæ vim non nisi post certum tempus obtineant; æquum nobis, et iustum visum est, pdicta decreta omnia ad dictam reformationem iusque positiuum duntaxat spectantia à Kalend. Maii proxime pteriti omnes obligare cœpisse, neque post eam diem excusationem cuiusquam, quod ea ignorauerit, admittendam, atque ita apostolica auctoritate declaramus, ac definimus, et ab omnibus iudicari debere mandamus, atque statuimus. Decernentes irritum, et inane, siquid secus a quoquam quacumque dignitate, auctoritate, et potestate prædito contigerit iudicari. Non obstantibus, constitutionibus et ordinationibus, apostolicis aliisque in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hac paginam nræ declarationis, definitionis, mandati, statuti, et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum, Petri et Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. DATUM ROMÆ apud Sanctum Petrum ANNO incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo Sexagesimo quarto: Quintodecimo Kalend. Augusti Pontificatus nri anno quinto.

Sessione XXII Decreto De Reformatione.

CAPUT V.

Dispensationes, quacumque auctoritate concedendæ, si extra Romanam Curiam committendæ erunt, committantur ordinariis illorum, qui eas impetrauerint. Eæ vero, quæ gratiosæ concedentur suum non sortiantur effectum, nisi prius ab eisdem, tanquam delegatis apostolicis, summarie tantum, et extraiudicialiter cognoscatur, expressas preces surreptionis vel obreptionis vitio non subiacere.

Sessione XXI sub Pio IIII Pont. Max. celeb. Tridenti Die XVI Iulii M. D. LXII.

CAPUT I.

Laicos & clericos non conficientes non astringi iure diuino ad communionem sub utraque specie.

Itaque Sancta ipsa Synodus a Spiritu sancto qui Spiritus est, Sapientiæ et intellectus, Spiritus consilij et pietatis, edocta atque ipsius Ecclesiæ Judicium, et consuetudinem secuta, declarat ac docet, nullo diuino præcepto Laicos, et Clericos non conficientes, obligari ad Eucharistiæ Sacramentum sub utraque specie sumendum; neque ullo pacto salua fide du-

bitari posse, quin illis alterius speciei communio ad salutem sufficiat. Nam, et si Christus Dominus in ultima cœna venerabile hoc Sacramentum in panis, et vini speciebus instituit et apostolis tradidit, non tamen illa institutio et traditio eo tendunt, ut omnes Christi fideles statuto Domini ad utramque speciem accipiendam astringantur. Sed neque ex sermone illo apud Johannem sexto, recte colligitur utriusque speciei Communionem a Domino præceptum esse, utcumque iuxta varias Sanctorum Patrum et Doctorum interpretaciones intelligatur. Namque qui dixit: Nisi manducaveritis carnem filij hominis, et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoque: Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum. Et qui dixit: Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: dixit etiam. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Et demum qui dixit: Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo: dixit nihilominus: Qui manducat hunc panem vivet in æternum.

Ibidem . CAPUT II.

Ecclesiæ potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiæ.

Prætererea declarat, hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, et locorum varietate, magis expedire iudicaret. Id autem apostolus non obscure visus est innuisse cum ait: Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et dispensatores Mysteriorum Dei, atque ipsum quidem hac potestate usum esse satis constat, cum in multis alijs, tum in hoc ipso Sacramento cum ordinatis nonnullis circa eius usum. Cetera inquit, cum venero disponam. Quare agnoscens Sancta mater ecclesia hanc suam in administratione Sacramentorum authoritatem, licet ab initio Christianæ religionis non infrequens utriusque speciei usus fuisset, tamen progressu temporis, latissime iam mutata illa consuetudine gravibus, et iustis causis adducta hanc consuetudinem sub altera specie communicandi approbavit, et pro lege habendam decrevit; quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiæ authoritate pro libito mutare non licet.

Ibidem CAPUT III.

Totum et integrum Christum ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi.

Insuper declarat, quamvis Redemptor noster, ut antea dictum est, in suprema illa cœna hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, et Apostolis tradiderit; tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum verumque Sacramentum sumi; ac propterea quod ad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem, eos defraudari qui unam speciem solam accipiunt.

Ibidem. CAPVT III.

Paruulos non obligari ad cōmunionē Sacramētalem.

Denique eadem Sancta Synodus docet, paruulos, vsu rationis carentes nulla obligari necessitate ad Sacramentalem Eucharistiae communionem: siquidem per baptismi lauacrum regenerati, et chrō incorporati adeptam iam filiorum dei gratiam in illa aetate amittere non possunt. neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando seruauit. Vt enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe, eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controuersia credendum est.

Sessione XXII Decretum super peticione concessionis calicis.

Insuper cum eadem sacrosancta Synodus superiori sessione duos articulos, alias propositos, et tum nondum discussos, videlicet: An rationes, quibus sancta Catholica Ecclīa adducta fuit, vt communicaret laicos, atque etiam non celebrantes sacerdotes, sub vna panis specie, ita sint retinendae, vt nulla ratione calicis vsus cuiquam sit permittendus, et, An, si honestis et christianae charitati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno calicis vsus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, et quae nam illae sint: in alius tempus oblata sibi occasione, examinandos atque definiendos reseruauerit; nunc eorum pro quibus petitur, saluti optime consultum volens decreuit integrum negotium ad sanctissimum Dominum nrūm esse referendum, prout pnti decreto refert: qui pro sua singulari prudentia id efficiat quod vtile reip. christianae, et salutare petentibus vsum calicis, fore iudicauerit.

Ibidem Decretum de obseruandis et euitandis in celebratione missae.

Quanta cura adhibenda sit, vt sacrosanctum missae sacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur; quiuis facile existimare poterit, qui cogitarit, maledictum in sacris literis eum uocari, qui facit opus dei negligenter. Quod si necessario fatemur, nullum aliud opus adeo sanctum, ac diuinum a chrī fidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium, quo viuifica illa hostia, qua Deo prī reconciliati sumus in altari per sacerdotes quotidie immolatur: satis etiam apparet, omnem operam, et diligentiam in eo ponendam esse vt quanta maxima fieri pōt interiori cordis munditia, et puritate, atque exteriori deuotionis, ac pietatis specie peragatur. Cum igr multa iam, siue temporum vitio, siue hominum in curia, et improbitate irrepsisse videatur, quae a tanti sacrificij dignitate aliena sunt; vt ei debitus honor et cultus ad Dei gloriam et fidelis populi aedificationem restituatur; decernit sancta Synodus, vt ordinarii locorum Episcopi ea omnia prohibere, atque è medio tollere sedulo curent, ac teneantur: quae vel auaritia, idolorum seruitus, vel irreuerentia, quae ab impietate vix seiuncta esse pōt, vel superstitio, verae pietatis falsa imitatrix, induxit

Atque ut multa paucis comprehendantur, in primis quod ad auaritiam pertinet, cuiuscumque generis mercedum conditiones, pacta, et quidquid pro Missis nouis celebrandis datur; necnon importunas atque illiberales elemosinarum exactiones, potius quam postulationes, aliaque huiusmodi, quae a simoniaca labe vel certe a turpi quaestu non longe absunt, omnino prohibeant. Deinde, ut irreuerentia vitetur, singuli in suis diocesibus interdicant, ne cui uago et ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat. Neminem praeterea, qui publice et notorie criminosus sit, aut sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittant; Neue patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra ecclesiam, et diuinum tantum cultum dedicata oratoria, ab eisdem Ordinariis designanda; et visitanda, sanctum hoc sacrificium a secularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi; ac nisi prius qui intersint decenter composito corporis habitu, declarauerint se mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non solum corpore, adesse. Ab ecclesijs vero musicas eas, vbi siue organo, siue cantu lasciuum, aut impurum aliquid miscetur, item seculares omnes actiones, vana, atque adeo profana colloquia, deambulationes, strepitus, clamores arceant; ut domus dei vere domus Orationis esse uideatur, ac dici possit. Postremo ne superstitioni locus aliquis detur, edicto, et poenis propositis caueant, ne sacerdotes aliis quam debitis horis celebrent, neue ritus alios, aut alias cæremonias, et preces in Missarum celebratione adhibeant, praeter eas quae ab Ecclia probatae ac frequenti, et laudabili usu receptae fuerint. Quarundam uero Missarum et candelarum certum numerum, qui magis a superstitioso cultu, quam a vera religione inuentus est, omnino ab ecclesia remoueant, doceantque populum, quis sit, et a quo potissimum proueniat sanctissimum huius sacrificii tam preciosus, ac cælestis fructus.

Moneant etiam eundem populum ut frequenter ad suas parochias, saltem diebus Dominicis, et maioribus festis, accedant. Haec igr omnia, quae summatim enumerata sunt omnibus locorum Ordinariis ita proponuntur ut non solum ea ipsa, sed quaecumque alia huc pertinere visa fuerint, ipsi pro data sibi a sacrosancta Synodo potestate, ac etiam, ut delegati sedis apostolicae prohibeant, mandent, corrigant, statuant, atque ad ea inuiolate seruanda censuris ecclesiasticis, aliisque poenis, quae illorum arbitrio constituentur, fidelem populum compellant, non obstantibus priuilegijs, exemptionibus appellationibus, ac consuetudinibus quibuscunque.

Sessione XXV. Decreto de reformatione de regularibus & monialibus.

CAPUT V.

BONIFACII OCTAUI Constitutionem quae incipit Periculoso renouans Sancta Synodus uniuersis Epis sub obtestatione diuini iudicij, et interminatione maledictionis aeternae, praecipit, ut in omnibus mo-

nasterijs, sibi subiectis, ordinaria, in aliis vero sedis apostolicae auctoritate clausuram Sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, et vbi inuiolata est, conseruari maxime procuret, inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque poenas, quacumque appellatione postposita, compescentes, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii saecularis. Quod auxilium vt praebeatur, omnes Christianos Principes hortatur sancta Synodus, et sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus saecularibus iniungit. Nemini autem Sanctimonialium liceat post professionem exire a monasterio etiam ad breue tempus, quocumque praetextu, nisi ex aliqua legitima causa, ab Episcopo approbanda indultis quibuscumque et priuilegiis non obstantibus. Ingredi autem intra septa monasterii nemini liceat, cuiuscumque generis aut conditionis sexus vel aetatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis poena, ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus vel superior licentiam debet in casibus necessariis, neque alius vllo modo possit, etiam vigore cuiuscumque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi. Et quia monasteria Sanctimonialium extra moenia vrbis, vel oppidi constituta, malorum hominum praedae, et aliis facinoribus sine ulla saepe custodia sunt exposita, curent Episcopi, et alii Superiores, si ita videbitur expedire, vt Sanctimoniales ex eis ad noua vel antiqua monasteria intra vrbes, vel oppida frequentia reducantur, inuocato etiam auxilio si opus fuerit, brachii saecularis. Impedientes vero, vel non obedientes per censuras ecclesiasticas parere compellant.

Sessione XXIIII Decretum de inuocatione ueneratione & reliquiis sanctorum & sacris imaginibus

Mandat Sancta Synodus omnibus Episcopis et caeteris docendi munus, curamque sustinentibus, ut iuxta Catholicae et Apostolicae Ecclesiae vsum, a primaeva eius christianae religionis temporibus receptum, Sanctorumque patrum consensionem et Sacrorum Conciliorum decreta, in primis de sanctorum intercessione inuocatione. Reliquiarum honore et legitimo imaginum vsu, fideles diligenter instruant docentes eos, Sanctos una cum Christo regnantes, orationes suas pro hominibus Deo offerre bonum, atque vtile esse suppliciter eos inuocare, et ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Jesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster redemptor, et Saluator est, ad eorum orationes, opem auxiliumque confugere: illos vero, qui negant Sanctos, aeterna foelicitate in caelo fruentes inuocandos esse, aut qui asserunt vel illos pro hominibus non orare; vel eorum vt pro nobis etiam singulis orent, inuocationem esse idolatriam, vel pugnare cum verbo Dei, aduersarique honori vnius mediatoris Dei et hominum Jesu Christi vel stultum esse in caelo regnantibus, voce vel mente supplicare: impie sentire. Sanctorum quoque Martyrum et aliorum cum Christo uiuentium sancta corpora, quae viua membra fuerunt Christi, et templum spiritus sancti, ab ipso ad aeternam vitam suscitanda et glorificanda, et a fidelibus veneranda esse: per quae multa beneficia à Deo hominibus praestantur ita vt affirmantes. Sanctorum reliquiis venerationem, atque honorem non deberi; vel eas, aliaque

sacra monumenta a fidelibus inutiliter honorari atque eorum opis impetrãdæ
causa Sanctorum memorias frustra frequentari omnino damnandos esse prout
iampridem eos damnauit, et nunc etiam damnat Ecclesia. Imagines porro Chri
Deiparæ virginis, et aliorum Sanctorum in templis presertim habendas, et ret.
nendas, eisq; debitum honorem, et venerationem impertiendam; non quod cre.
datur inesse aliqua in iis diuinitas vel virtus, propter quam sint colendæ, vel
quod ab eis sit aliquid petendum; vel quod fiducia in imaginibus sit figenda;
veluti olim fiebat a gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant; sed quo
niam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ representant: ita
vt per imagines, quas osculamur, et coram quibus caput aperimus, et procum
bimus, Christum adoremus; et sanctos, quorum illæ similitudinem gerunt ve
neremur.
Id quod Conciliorum, præsertim vero secundæ Nicenæ Synodi Decretis con.
tra imaginum oppugnatores est sancitum. Illud vero diligenter doceant Epi p
Historias mysteriorum nrẽ redemptionis, picturis uel aliis similitudinibus
expressas, erudiri, et confirmari populum in articulis fidei commemorãdis,
et assidue recolendis, tum vero ex omnibus sacris imaginibus magnum fructũ
percipi, non solum quia admonetur populus beneficiorum et munerum, quæ a
Chrõ sibi collata sunt, sed etiam quia Dei per sanctos miracula, et salutaria
exempla oculis fidelium subiiciuntur: vt pro iis Deo grãs agant ad Sanctorũ
imitacionem vitam moresque suos componant excitenturque ad adorandum,
ac diligendum Deum, et ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis
contraria docuerit, aut senserit; anathema sit. In has autem sanctas, et
salutares obseruationes, si qui abusus irrepserint, eos prorsus aboleri sancta
Synodus vehementer cupit; ita vt nullæ falsi dogmatis imagines, et rudibus
periculosi erroris occasionem prebentes, statuantur.
Quod si aliquando historias et narrationes sacræ scripturæ, cum id indoctæ
plebi expediet, exprimi, et figurari contigerit; doceatur populus, non propterea
diuinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici, uel coloribus aut figu.
ris exprimi possit. Omnis porro superstitio in sanctorum inuocatione
Reliquiarum veneratione, et imaginum sacro usu tollatur, omnis turpis quæstus
eliminetur omnis denique lasciuia vitetur; ita ut procaci venustate imagines
non pingantur, nec ornentur et Sanctorum celebratione, ac reliquiarum visita
cione homines ad commessationes, atque ebrietates non abutantur, quasi fe.
sti dies, in honorem sanctorum per luxum ac lasciuiam agantur. Postre.
mo tanta circa hæc diligencia et cura ab Episcopis adhibeatur, vt nihil inor.
dinatum, aut prepostere, et tumultuarie accommodatum, nihil profanum, ni.
hilq; inhonestum appareat; cum Domum Dei deceat sanctitudo. Hæc ut
fidelius obseruentur: statuit sancta Synodus, nemini licere vllo in loco, uel
Ecclia, etiam quomodolibet exempta, vllam insolitam ponere, vel ponendã
curare imaginem, nisi ab Episcopo approbata fuerit, nulla etiam admittẽda
esse noua miracula, nec nouas Reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscẽ.
te et approbante Episcopo. Qui simul atq; de iis aliquid compertum
habuerit, adhibitis in consilium Theologis et aliis piis viris ea faciat, quæ
veritati et pietati consentanea iudicauerit. Quod si aliquis dubius aut

difficilis abusus sit extirpandus vel omnino aliqua de iis rebus gravior quæstio incidat: Episcopus antequam controversiam dirimat, Metropolitani, et comprouincialium Episcoporum in Concilio prouinciali sententiam expectet; ita tamẽ, vt nihil inconsulto Sanctissimo Romano Pontifice nouum, aut in Ecclia hactenus inusitatum decernatur.

Sessione XXV Decreto de reformatione.
CAPVT. VII.
De Coadiutoriis.

CVm in beneficiis ecclesiasticis ea, quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, sacris constitutionibus sint odiosa, et patrum decretis contraria; nemini in posterum accessus, aut regressus, etiam de consensu, ad beneficium ecclesiasticum cuiuscunque qualitatis concedatur, nec hactenus concessi suspendantur, extendantur aut transferantur. Hoc que Decretum in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, ac etiam cathedralibus ecclesijs, ac in quibuscunque personis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, locum habeat. In coadiutorijs quoque cum futura successione idem posthac obseruetur; vt nemini in quibuscunque beneficijs ecclesiasticis permittantur. Quod si quando ecclesiæ Cathedralis, aut monasterij vrgens necessitas, aut euidens vtilitas postulet Prælato dari Coadiutorem is non alias cum futura successione detur, quam hæc causa prius diligenter a Sanctissimo Romano Pont. sit cognita, et qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ a iure, et decretis huius sancta synodi in Episcopis, et Prælatis requiruntur: alias concessiones super his factæ surrepticiæ esse censeantur.

Professio fidei in Bulla Pii diuina prouidentia Papæ quarti super forma professionis fidei.

Ego N. firma fide Credo et profiteor omnia et singula, quæ continẽtur in Symbolo fidei, quo sancta Romana Ecclesia vtitur videlicet: Credo in vnum Deum patrem omnipotentem factorem cœli et terræ, visibiliũ omnium et inuisibilium, Et in vnũm Dominum Iesum Christum filiũ Dei vnigenitum, et ex prẽ natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumẽ de lumine, Deum verum, de deo vero; genitum non factum, cõsubstancialẽ Patri, Per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cœlis, et incarnatus est de spiritu Sancto, Ex Maria virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tercia die secundum scripturas, et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum Dominum, et viuificantem, qui ex prẽ, et filio ~~simul~~ procedit: qui cum prẽ, et filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas: et vnam sanctam Catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum et expecto resurrectionem mortuorum et vitam venturi sæculi Amẽ. Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdẽ Ecclesiæ

obseruationes et constitutiones firmissime admitto, et amplector. Item sacram scriptu
ram iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare
de vero sensu, et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto; nec eam unquam
nisi iuxta unanimem consensum patrum, accipiam et interpretabor. Profiteor quoqꝫ
septem esse vere et proprie Sacramenta nouae legis a Iesu christo Domino nostro insti-
tuta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria scilicet
Baptismum, Confirmationem Eucharistiam Poenitenciam, Extremam Unctionem,
Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre, et ex his Baptismum Con
firmationem et ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoqꝫ
et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus, in supradictorum omnium sacramen-
torum solemni administratione recipio, et admitto, omnia et singula, quae de pec
cato originali, et de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et de-
clarata fuerunt, amplector et recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum,
proprium, et propitiatorium sacrificium pro uiuis et defunctis, atque in sanctis
simo Eucharistiae Sacramento esse, vere, realiter, et substantialiter corpus et
sanguinem, una cum anima, et diuinitate Domini nostri Jesu christi, fierique conuersio-
nem totius substanciae panis, in corpus, et totius sanguinis substanciae uini in san
guinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia Transsubstantionem appellat.
Fateor etiam sub altera tantum specie totum atqꝫ integrum Christum, verumqꝫ
Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse. Animasque ibi detentas
fidelium suffragiis iuuari. Similiter et sanctos, una cum christo regnantes, vene-
randos atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eo-
rum reliquias esse venerandas. Firmissime assero imagines christi, ac dei pare
semper virginis, nec non aliorum sanctorum habendas et retinendas esse, atqꝫ
eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam
potestatem in Ecclesia a christo relictam fuisse, illarumque usum christiano populo
maxime salutarem esse, affirmo: Sanctam catholicam et apostolicam Romanam
Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem, et magistram agnosco, Romanoqꝫ
Pontifici, beati Petri, apostolorum Principis, successori, ac Jesu christi Vicario
veram obedienciam spondeo, ac iuro. Cetera item omnia a sacris Canonibus et
oecumenicis Conciliis, ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo tradita,
definita et declarata, indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria
omnia atque haereses quascumqꝫ ab Ecclesia damnatas, et reiectas, et ana
thematizatas, ego pariter damno, reiicio, et anathematizo: Hanc veram
Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in praesenti
sponte profiteor et veraciter teneo, eandem integram et inuiolatam, usque
ad extremam vitae spiritum constantissime (Deo adiuuante) retinere et
confiteri, atqꝫ a meis subditis vel illis, quorum cura ad me in munere meo
spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum. Ego
idem N. spondeo, voueo, ac iuro: Sic me Deus adiuuet et haec San-
cta Dei Euangelia. Volumus autem, quod praesentes litterae in Cancellaria
nostra apostolica de more legantur. Et ut omnibus facilius pateant, in

eius Quinterno describantur, at etiam imprimantur. Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc paginam nrae voluntatis et mandati infringere, uel ei ausu temerario con-
trarie. Si quis aut hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei,
ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum. DATV
ROMAE apud sanctum PETRVM. ANNO incarnationis Domini-
cae Millesimo Quingentesimo sexagesimo quarto Idibus Nouemb. Pontifica-
tus Nri ANNO QVINTO.

Fed. Cardinalis Caesius

Cae. Glorierius.

Lectae et publicatae fuerunt suprascriptae literae Romanae in Cancellaria apostoli-
ca Anno incarnationis Dominicae Millesimo Quingentesimo Sexagesimo
quarto. Die vero Sabbati, nona mensis Decembris. Pontificatus Sanctis-
simi in Xpo patris et Domini nri Domini Pii Papae quarti, Anno quarto.

Bulla Pii Papae quarti De regulis et indice librorum prohibitorum.

Dominici gregis custodiae Domino disponente praepositi, vigilis more pasto-
ris non desistimus ipsi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima
possumus cura et diligentia, precauere, ne propter negligentiam nostram
pereant oues, quae pretiosissimo Domini nri Jesu christi sanguine sunt redem-
ptae. Et si autem quae ad fidei veritatem patefaciendam, et ad horum tem-
porum haereses confutandas pertinebant, in Oecumenico, et generali Con-
cilio Tridentino, Sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata ac
definita fuerunt, ut facile iam sit unicuique sanam catholicamque doctrinam
a falsa, adulterinaque internoscere, tamen cum librorum ab haereticis edi-
torum lectio non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verum saepe
etiam doctos eruditosque in varios errores, et a veritate fidei catholicae alie-
nas opiniones inducere, huic quoque rei esse duximus prouidendum, Cum aut
aptissimum ei malo remedium esse sciremus, si componeretur atque ederetur
Index, siue cathalogus librorum, qui uel haeretici sint vel de haeretica
prauitate suspecti, vel certe moribus, et pietati noceant, id negocium ad sa-
cram Tridentinam Synodum reiceramus. Ea vero, ex tanta Episcoporum
et aliorum doctissimorum virorum copia delegit, ad eum conficiendum In-
dicem multos cum doctrina, tum iudicio insignes Praelatos ex omnibus
fere nationibus: qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigi-
lijsque eum indicem tandem, Deo iuuante perfecerunt, adhibitis etiam consi-
lium lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem concilio, cum ex
ipsius Synodi decreto is index nobis oblatus fuisset, ut ne ante ederetur,
quam nobis approbatus fuisset, nos doctissimis quibusdam, probatissi-
mis praelatis eum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus,
et ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, acri iudicio, diuturna
cura confectum, et praeterea commodissime digestum esse cognouerimus: nos sa-
luti animarum consulere, eamque ob caussam prouidere cupientes ne libri et
scripta cuiuscunque generis, quae in eo improbantur, siue ut haeretica

sive ut de haeretica pravitate suspecta, sive ut pietati ac morum honestati in
utilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, posthac a Christi fidelibus legan
tur: ipsum indicem, una cum regulis ei praepositis, authoritate apostolica,
tenore praesentium approbamus imprimique ac divulgari, et ab omnibus uni
versitatibus Catholicis ac quibuscunque aliis ubique suscipi easque regu
las observari mandamus atque decernimus, inhibentes omnibus et singulis, tam
Ecclesiasticis personis, Saecularibus et Regularibus, cuiuscumque gradus
ordinis, et dignitatis sint, quam laicis, quocumque honore ac dignitate praeditis,
ne quis contra earum Regularum praescriptum, aut ipsius prohibitionem Indi
cis libros ullos legere, habereve audeat. Si quis autem adversus eas re
gulas prohibitionemque fecerit, is quidem, qui haereticorum libros, vel cuiusvis
authoris scripta propter haeresim vel falsi dogmatis suspitionem damnata
atque prohibita legerit, habueritve ipso iure in Excommunicationis poe
nam incidat, eamque ob causam in eum tanquam de haeresi suspectum inquiri
et procedi liceat; praeter alias poenas super hoc ab apostolica sede, et sacris
Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit
habueritve, praeter peccati mortalis reatum, Episcoporum arbitrio severe se no
verit puniendum. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apo
stolicis contrariis quibuscumque aut si quibus communiter, vel divisim ab
eadem sit sede indultum, ne excommunicari possint, per literas apostolicas
non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmo
di, mentionem. Ut haec autem ad omnium noticiam perveniant nec quis excu
satione ignorantiae uti possit, volumus et mandamus, ut has mandamus
literas per aliquos Curiae nostrae Cursores in Basilica Vaticana, Principis Apo
stolorum, et in Ecclesia Lateranensi tunc cum in eis populus, ut missa
rum solennibus intersit, congregari solet; palam et clara voce recitentur,
et postquam recitatae fuerint, ad valvas earum Ecclesiarum, itemque Can
cellariae apostolicae, et in loco solito campi Florae affigantur: ibique ut
legi et omnibus innotescere possint aliquantisper relinquantur. Cum autem
inde amovebuntur, earum exempla in iisdem locis affixa remaneant. Nos
enim per recitationem hanc, publicationem, et affixionem, omnes et
singulos, qui his litteris comprehenduntur, post tres menses, a die
publicationis, et affixionis earum numerandos, volumus perinde a
strictos et obligatos esse, ac si ipsimet illae editae, lectaeque fuissent. Tran
sumptis quoque earum quae manu alicuius publici notarii subscriptae,
et sigillo, ac subscriptione alicuius personae in dignitate Ecclesiastica
constitutae, munita fuerint fidem sine ulla dubitatione haberi mandamus
atque decernimus. DATUM ROMAE apud sanctum Petrum
sub annulo piscatoris die 24 Martii M.D.LXIIII. Pon
tificatus nostri Anno Quinto.

Ipso iure excom
municationis
poena incidat

praeter peccati
mortalis reatum
episcoporum arbi
trio severe se
noverit puni
endum

Præfatio in indicem librorum prohibitorum confectum a deputatione Tridentinæ Synodi D. Francisci Forerii. S. Theologiæ professoris et eiusdem deputationis Secretarii.

CVm sancta Oecumenica Tridentina Synodus, iis rationibus adducta, quæ in secunda Sessionis Decreto sub Beatissimo Pio IIII. Pont. Max. explicatæ sunt, censuisset, ut patres aliquot ex omnibus fere nationibus delecti, de librorum censuris quid statuendum esset, diligenter cogitarent, in eã tandem sententiam post diuturnam deliberationem venerunt, ut iudicarent nihil utilius fieri posse, quam si Romanus ille prohibitorum Index, ab inquisitoribus Romæ postremo confectus, paucis tantum demptis, atque etiam additis retineretur: quippe qui cum magna maturitate a multis viris doctis compositus, plurimos comprehendat auctores, atque in ordinem satis commodum digestus esse videatur. Quoniam vero intelligebant, propterea in aliquibus provinciis ac locis hactenus eum Indicem receptum non esse, quod in eo quidam libri prohiberentur, quorum lectione viri docti, priuati magno incommodo afficerentur, atque animaduertentes etiam in eo esse nonnulla parum explicate posita, quæ interpretatione indigerent, re multum diuque deliberationibus agitata, ac viris etiam ex omni natione, Theologicæ facultatis scientissimis, in consilium adhibitis, subiectas regulas componendas iudicarunt, ut, quo ad eius fieri posset, doctorum hominum commodis et studiis salua veritate ac religione, prospiceretur. Illud igitur in primis obseruare oportet, unamquamque pœnam alphabeti literam, tres habere Classes. In prima non tam libri, quam librorum scriptores continentur, qui aut hæretici, aut notæ hæresis suspecti fuerunt: horum enim catalogum fieri oportuit, ut omnes intelligant eorum scripta, non edita solum, sed edenda etiam prohibita esse. Sed illud etiam animaduertendum est quod licet multi præterea sint, qui iustissimis de causis in hanc Classem referri poterant. Patribus non is fuit animus aut ad eorum pertinebat institutum, ut eos ad unum perquirerent: sed iis pene contenti fuere, qui in Romano catalogo descriptum sunt, de aliis vero eiusdem generis auctoribus idem ab Ordinariis, et inquisitoribus statuendum esse existimarunt. In secundam Classem non auctores, sed libri relati sunt, qui propter doctrinam, quam continent, non sanam, aut suspectam, aut quæ offensionem etiam in moribus tantum fidelibus afferre potest, reiiciuntur etiam si auctores, a quibus prodiere,

Ioannis Pauli Lancelloti Perusini Iurisconsulti et Antecessoris Institucionum iuris Canonici Libro 1. Titulo 29. De clericis non residentibus. Paragrapho, Si tamen.

Si tamen ab initio idonei ad residendum reputati, postea Ecclesias uel præbendas sibi concessas, sine iusta et necessaria causa deserant, si moniti et congruo tempore expectati non redierint, eis priuari poterunt.[c] Iustæ non residendi causæ sunt, ve[lu]ti si quis aut Romano[d] Pontifici, aut proprio Episcopo obsequium exhibeat.[e] Item si iura et negocia Ecclesiæ[f] suæ fideliter prosequatur, aut si vt studiorum causa abesse possit, est alicui specialiter indultum, et si quæ sunt aliæ similes.

[c] Cap. fin. ext. eod. tit, et Cap. relatum et cap. ex parte, et seq. d. tit.
[d] Cap. ad audientiam sext. eod. tit.
[e] cap. de cætero eod. tit. extra
[f] cap. ex parte eod. tit.
[g] cap. relatum d. tit.

Eiusdem Institucionum Iuris Canonici lib. 1. Tit. 27. De collationibus Paragrapho Inde etiam.

Inde[e] etiam licet beneficiatæ personæ de alio beneficio, nisi primo illud quod obtinet omnino dimittat prouideri non posset, nisi aut Cardinales sint, aut Regum filii, per tale tamen rescriptum maxime circa literatas personas super hac pluralitate dispensari poterit.

[e] Cap. de multis extra de præben. extrava. Ioannis xxii eod. tit. et extrav. cum execrabilis

Marci Antonii Cucchi Institucionum iuris Canonici Libro 2. Titulo 4. De Clericis non residentibus

Supra dicta etsi clericis diligenter obseruanda sint, non tamen satisfuerit ea obseruasse: nam et alia existant, quibus clericus præstandis tenetur: et certe cum Ecclesiæ clericis cum inquisitione credi soleat, apparet eorum quibus committuntur eligi industriam, quibus id oneris tuto imponi possit: quare et eos conuenit in ipsis Ecclesiis residere, et officium suum nauiter obire, ne eoru[m] a quibus probati sunt fidem fallant, si ipsi officio suo vt par erat studiose non supersint, quod non sine magna populi offensione, et animarum sibi creditarum dispendio eueniret.

Curam igitur adhibent Pontificiæ leges, vt vnusquisq[ue] Ecclesiæ rector, vel præfectus, eam ipse regat in eaq[ue] temporibus debitis resideat.[d] Quocirca si quis à suo sacerdotio, quamuis simplici,[e] diutius abfuerit, quam Ecclesiæ authoritas exposceret, monendus erit, et terminus ei statuendus, intra quem commode reuerti possit: quo lapso, si omnino sine causa probabili sui copiam non fecerit, beneficio priuari poterit, illudq[ue] in alium transferri.[f]

Sed alia uia poterit clerici non residentis contumacia coerceri ex Concilio Agathensi nam in minoribus ordinibus constitutus clericus, si ab Ecclesia sua diebus solennibus abfuerit, id est, natiuitate Domini, Epiphania, Paschate uel Penthecoste, triennio à communione suspendetur: Diaconus uero et Præsbyter si tribus hebdomadis suæ Ecclesiæ defuerint huic pœnæ succumbent.[g]

Cæterum, si incertum sit, vbinam gentium agat clericus, uel prælatus, qui à sua Ecclesia desideratur: uel ita absit, vt non facile ad eum citacio deferri possit, tribus edictis euocari eum oportebit, publice propositis in eius Ecclesia: quibus si minime audiens fuerit, et sex menses expectatus non redierit, Ecclesia illa spoliari legittime poterit.[a]

[d] Ab c. ex parte 2. uer. sed quæro quali uer
[e] Ab c. p. n. 5
[f] c. ex parte uestra cum duobus capitulis seq. ubi Abb.
[g] c. si quis in clero. 7 q. 1.
[a] c. ex tuæ deuotionis. in prin.

Atsi in rem Ecclesiæ forte non sit, vt clericus hic, uel Prælatus, propter ipsius præstanciam ab ea exturbetur, puta quia eius opera, multis de causis Ecclesiæ vtilis noscatur, dum adsit, eamque uelit impigre (vt decet) ac sedulo præstare. ideoq; melius uideatur, cum ad Ecclesiæ ministeria iuris remediis reuocare, quam ab ea summouere, ita poterit procedi, vt per suspensionis, uel excommunicationis remedia redire compellatur: quæ si nihili facere se ostenderit, tunc uero etiam spiritualium administracio ei interdicetur. Quod si is qui desideratur Prælatus, in Pontificia dignitate constitutus sit, ad legati, uel alterius officium hoc pertinebit, ut ex speciali mandato summi Pontificis hunc Episcopum ita meritum ab episcopatu remoueat.[b] Episcopus enim quiuis ab alio, quam a summo Pontifice, Episcopatu priuari nequit. Quare nec prior procedendi modus à nobis in principio huius tituli supra traditus, poterit aduersus Episcopum exerceri[c] sed posteriorem hunc in eum experiri est necesse, nempe ut suspendatur ab Archiepiscopo et excommunicetur, et demum summi Pontificis mandato Episcopatu priuetur.[d]

Hæc constitucio, qua clerici residere iubentur ita procedit ut nullum fiat discrimen inter beneficia oppulenta, uel tenuia, aut inter ordinem supremum, uel infimum: nam et Clericum habentem beneficium non excedens, prouentum viginti aureorum annuum residere nihilominus oportet.[e] et Cardinales quoq; ipsi huic sanctioni subiacent, cum et Leo III. Anastasium præsbyterum Cardinalem Tituli Beati Marcelli deposuerit, eo quod parrochiam suam annos quinq; desertam esse passus fuisset.[f]

Distribuciones item quotidianæ, aliis erogandæ non sunt, quam qui diuinis officiis celebrandis intersunt, nec ulla eis patrocinatur consuetudo in contrarium præscripta, quiq; distribuciones contra prædicta acceperint, non facient suas, sed restituere eas tenebuntur: quod et in distribucionibus diuidendis pro sacrificiis defunctorum anniuersariis obseruatur.[g]

Nec minus locum habet, si quis absit, vt Theologiæ studio operam det: tunc enim et beneficii fructus percipiat. Canonicas tamen distribuciones non percipiet.[a] Vtq; omnia suo iure facilius procedere possint, constitutum est ex concilio Lateranensi ut cum Ecclesia, uel Ecclesiasticum ministerium conferendum est, talis ad hoc persona quæratur quæ residere in loco, et curam eius per seipsam valeat exercere: nisi et qui acceperit, acceptum amittere, & qui contulerit, conferendi potestate deinceps priuari velit.[b]

Relaxantur tamen interdum ex iustis causis, et remittuntur supra statuta, et conceditur interdum clerico a suis beneficiis abesse: nam et studiorum rei literariæ honesta est causa, quibus ut clerici imbuti meliores utilioresq; fiant, conceditur, ut dum in illis uersantur, beneficiorum suorum fructus nihilominus consequantur, dum tamen se ad honesta gymnasia, non ad villas, aut minuta castra studiorum causa transtulerint.[c]

Item pro Ecclesiæ suæ iuribus tuendis, et conseruandis abesse quis potest et si promotionis tempore iurasset in ea residere.[d] Familiares quoq; summi Pontificis, dum in eis obsequiis sunt, etsi in Ecclesiis suis non resideant.

b c. ex tuæ §. contra eos secundum unum intellectum

c c. d. § contra eos ubi no.

d d. § contra eos etc. accusatus 3 q. 6

e c. Conquerente

f c. 2

g c. unico eo tit. in 6

a c. licet uobis de præben

b c. qz nonnulli

c c. tuæ fraternitatis

d c. ex parte tua fuit propositum

e. c. cum dilectus filius. fructus licite percipient[e] nec oberit eis constitucio contraria, ex ea synodo profecta: distribuciones autem Canonicas non percipient.

f c. ad audientiam nostram vbi Ab. Quod et de Canonicis obsequiis Episcopi sui addictis est accipiendum, modo plures non sint, quam Capituli sui vsus et necessitas patiatur.[f]

Si tamen Ecclesiam debitis ministrorum officiis carere appareat, et ex hoc dammum ferre dum plures ex ea priuilegiis innitentes eam deserunt, poterut tunc fructibus subductis vt reuertantur compelli.

g. c. 1. de cleri agro. h. c. vni de cler non resi. in 6. Clericus autem ualetudine aduersa impeditus, ne possit munera sua obire beneficii sui fructus nihilominus consequetur[g] et distribuciones Canonicas et omnia, quae sano ministerium suum praestanti darentur.[h]

Pulcherrimus tractatus

EIVSDEM INSTITVCIONVM IVRIS CANONICI LIB. 2. TIT. 8

De prohibita beneficiorum multiplicitate et sectione.

Sed[a] ne dum clerici opibus Ecclesiasticis supra modum augentur, et plurium Ecclesiarum curae praeficiuntur, uel tanto oneri succumbant, et aliquas ex Ecclesiis suis debito ministerio destitutas esse paciantur, quae singulae singulis creditae melius fortasse fuissent administratae[a] vel ne forte amplius luxuriantes diuicijs clerici nimium efferantur, dum ipsis redundat, quod aliis deest: et, ne desint, quae aliis clericis suppeditari possint, Ecclesiae facultates, si pauci eas exhauriant: idcirco statutum est, ne quis clericus beneficium, aut dignitatem habens, aliud insuper beneficium assequi et retinere cum priore possit, nisi tamen alterum ex his simplex sit, et in quo residere minime oporteat ex consuetudine, et angustius, quam ut eo clericus honeste subleuari possit[b] vel nisi vnum alteri annexum sit[c].

a c. quia nonnulli vbi Abb. de cler non residen.

b Ab. c. cum iamdudum col. pe. nu. 8 et c. exstirpandae § qui vero n. 34 iii rep. de preb. c. d. c. extirpandae § qui vero d. ca. qui in tantum de preb. et c. ordinarij de offi. ord. in 6.

Quae cura Episcopo incumbet, ne patiatur suos clericos plures Ecclesias eodem tempore habere[d]

At si quis contra haec praecepta eodem tempore plura beneficia tenere non dubitarit, hodie aliam quam olim vindictam sentiet: nam, ut nihil antiquitate penitus ignoretur, sciendum est, quater in hac re, diuersis quatuor temporibus variatum esse.

1 Et primum quidem Alexander tercius constituit, vt qui duas Ecclesias, seu curatas, seu cura carentes, duasue dignitates, aut duos personatus haberet, vtrum ex eis retinere uellet, optare posset, alterum autem omnino ut dimitteret.[e]

e. d. c. referente c. praeterea de preben.

2 Sed Concilium Lateranense hanc constitucionem nimium mitem iudicans, uoluit ut res deinceps in clerici arbitrio esset cum vtrique beneficio uel dignitas, uel personatus inesset, uel animarum cura, sed vt beneficium posterius huic omnino auferretur, et potestatem conferendi postea amitteret, qui illi postremum contulisset[f]

f c. quia nonnulli de cleri non resi.

3 Sed hoc tamen beneficium ex hac constitucione ipso iure non uacabat: quare Innocentius tercius in generali Concilio statuit, vt beneficium cum cura habens,

uel dignitatem, uel personatum accepisset, beneficio priore uel dignitate, uel personatu, tamq; ipso iure uacantibus censeretur priuatus. Itaq; ex Innocenciana constitucione non secundum, ut ex Concilio Lateranensi, sed primum aufertur idq; ipso iure, quod ex eo concilio non erat. Sed et hæc constitucio locum non habet, nisi prius beneficium, uel curæ onus, uel dignitatem uel personatum haberet, licet secundum ex illis esset.[a] Neq; huic constitucioni locus erit, et si quis personatum cum cura animarum et Ecclesiam parrocham præbendæ annexam eodem tempore habeat.[b] Illud quoq; addidit, vt si quis post vnum beneficium et alterum assequutus sit, et prius nihilominus retinere perseuerauerit, vtroq; sit priuatus: multaq; alia, quæ omnia etsi uiderentur constituta prudenter, satis tamen plene Ioanni XXII non fecerunt: quare is adiecit, vt quicunq; secundum curatum beneficium, uel dignitatem aut personatum acceperit, nisi confestim post adeptam secundi quietam, possessionem primum reipsa publicis personis præsentibus dimiserit, vtroq; sit ipso iure exutus: quæ si nihilominus pertinaciter retinere contenderit, ad aliud quodcunq; Ecclesiasticum beneficium indignus admitti deinceps iudicetur.[a] In religiosis vero clericis, iam tum a Bonifacio VIII statutum fuerat, vt si habens prioratum, uel Ecclesiam cum cura animarum, aliud quoque simile accepisset, potestate à summo Pontifice non facta, primum ipso iure uaccare censeatur: quod si confestim à se non abdicarit, tanquam ambiciosus ab vtroq; arceatur, et amplius eligi non possit.[b] Est tamen sciendum, quod nisi posterioris beneficii fructus percipere possit, constitucionis suprascriptæ pœnæ non erit obnoxius, puta si illius posterioris beneficii fructus, sicut etiam aliorum uacantium, ad certum tempus alicui sint concessi.[c]

Quæ hactenus disseruimus de benefitiorum exaggeracione a iure interdicta, secundum iuris communes regulas procedunt: uerum iuris communis obseruacionem relaxat interdum, vbi Ecclesiæ vtilitatem hoc postulare uidet, Summus Pontifex, uel Episcopus uel ex personæ meritis, ueluti dignitate, integritate, sciencia, plurimo rerum vsu, uel etiam Nobilitate, indulgendo vt benefitia plura alicui liceat eodem tempore habere: et si quidem vtrumq; beneficium animarum curam gerat, vnius erit hæc authoritas indulgendi summi Pontificis: sin uel vtrunq;, uel eorum alterum simplex sit, Episcopus quoq; gratiam facere poterit, nisi vtrunq; in eadem Ecclesia existat, nunc etsi plura sint, quam duo, sed vni tantum ex eis cura animarum sit, poterit nihilominus Episcopus indulgere, si Ecclesiæ vtilitas id suadeat, et causa iusta subsit: quod nonnulli extendere uolunt, et si duo curata essent, si publicæ vtilitatis spiritualis studio magis, quam personæ meritis ducatur.[d] Cæterum, sicut, quibus supra dictum est modis, sacri Canones inuigilant, ne uni plura benefitia accumulentur, ita e conuerso prohibent ad vnum beneficium plures personas admitti neuel benefitium hoc modo scindatur, uel

[a] c. De multa vbi Abb. 3. no.
[b] c. Sup eo de preb. in 6.
[a] Extrauag. execrabilis
[b] c. cu singula in princip. in 6.
[c] c. si tibi concesso vbi gl. de preb. in 6.
[d] Abb. ex c. De multa num. 19 et ex c. extirpan. §. quia vero nu. 43. vers. ex his sequitur

c. c. maioribus. ca. sed fraternitatis de praeben.
f. c. dilecto de praeben.

eorum unus, aut alter expectet, dum a socio uacet, itaque eius mortem optet. [e] sicut neque duo eiusdem Canonicatus uel praebendae socii esse possunt. [f]

Si tamen praebenda ita opulenta sit, ut duobus victum commode praebere possit, in duas scindi eam licebit, nec Turonense concilium hoc improbat. quae si partes sectae non sufficerent, ambae essent per sectorem ex praebendis aliis vacantibus augendae, [a] earum fructus praebendas sectas habentibus pro parte tribuendo, dum tot fructus ex eis supersint, quot Canonico sufficiant: alia enim praebenda attenuari no debet, vt alia locupletetur, [b] nisi necessitate impellente. [c] Si uero aliqua Praebenda Cathedralis Ecclesiae ita inops sit, vt clerico ad victum opportunum non sufficiat, capella ei annecti poterit, dum ne illius praesbyter et ipse congrua portione defraudetur, si Capella vtrique satis esse potest. [d]

a. c. uacante de preben.
b ca. cu causa que de prob. de preb.
c. c. si de uer. sig. ca. ex parete de consht.
gl. d. c. vacante in fi mag. glo.
d. c. exposuisti nobis

Animaduertere autem debet is, qui conferendi potestatem habet, ne ex affectu carnali sed sano et recto iudicio Ecclesiasticum officium, uel beneficium, et in personam quae magis uisa fuerit idonea locet. Item ut neque ex pactione uel conuencione quacunque conferat, nec sibi retineat vllam redituum porcionem aliove modo beneficium diminuat. Consultius etiam fuerit si palam non clam beneficium contulerit. [e]

e. c. un. vt Ecclesia beneficia

EIUSDEM DE PENSIONIBUS. TITULUS IX.

Etsi beneficia integra conferri debeant, non diminuta, potest tamen interdum aliqua ex his decessio fieri, ut fructuum portio ab eis detracta alicui suppeditetur: quae portio pensio appellatur, eaque uel in titulum beneficii solet assignari ei, qui ad Ecclesiasticos ordines recipitur, uel vexationis redimendae causa, quae rectori beneficii, modo procurata non sit, ab aliquo in iudicio infertur, interdum et illi exoluitur qui suum beneficium alteri cessit, ne interea dum superstes est, uitam inopem ducat, aliave de causa sed et remunerationis gracia alicui nonnunquam constituitur, veluti si cuius opera vtatur Ecclesia. Nec refert an is clericus an laicus sit. Moderatam tamen pensionem esse oportet ne usque adeo beneficium extenuet ut eius Rectori non supersit, unde sustentari ualeat. Hinc fere obseruari solet, ut non maiorem tercia partem beneficij deducat, id est vt quantitas fructuum, quae ex beneficio in pensionem detrahitur, terciae partis annui reditus beneficii onerati summam ne transiliat. Quod eo dictum uoluimus, ne cui persuasum sit, posse pensionem per quotas assignari: id enim simoniae vitio non careret. Illa quoque pensio improbatur, quae per collusionem constituitur, ut cum Rector Ecclesiae patitur sibi litem fieri, ut sub specie litis redimendae commenticio aduersario aliquam pensionem transactionis causa promittat super litigioso beneficio. Nec is tutus erit, qui pactione prius inita pensionem obtinuerit, nisi summi Pontificis sese authoritate munierit. Ante omnia uero pensionis imponi ullum onus non debet, nisi Antistitis accedente authoritate.

Sed non Pontifex Romanus solum pensioni excipiendae author esse potest verum

et legatus a latere eius profectus: alius legatus non potest, nisi hoc ei specialiter sit concessum. Item Episcopus pensionem deducere potest, si qua eum iusta causa moueat, quæ euidentem Ecclesiæ utilitatem importet dummodo neq pensionis transferendæ potestatem eum facere posse, neq post eius mortem cui est concessa posse eam perpetuare intelligamus. Item qui aliquam Ecclesiam erigit, ut patronatum eius nanciscatur, potest in eius fundacione pensionem de beneficio excipere aliæ Ecclesiæ, aut sibi, Episcopi accedente consensu quotannis soluendam. Inprimis quoq eius Rectoris consensus exigitur in pensione constituenda, qui id oneris subiturus est, quisquis sit is, qui pensionem est impositurus, seu summus Pontifex, seu legatus, seu Episcopus: quod etiam regulis Cancellariæ sanciri solet.

Sed neq infante minor neq illegitimus, nec excommunicatus pensionis illius capaces sunt, quæ uel beneficij loco uel in titulum datur.

Extingui autem potest etiam sola partium conuentione, licet nulla Antistitis authoritas accesserit, nisi in alimenta esset constituta uel pecunia data redimatur: quemadmodum frequenter usurpari uidemus quinque forte, aut sex, aut septem ad summum anticipatis pensionibus, quibus casibus receptum est, summi Pontificis authoritatem desiderari. a

a. Gig. in trac. de pension

Joannis Pauli Lancelloti Perusini Iurisconsulti et antecessoris Institucionum Iuris Canonici lib. I. Tit. 27 Paragrapho Etsi

Etsi quis literas super obtinendis beneficiis usq ad certam summam impetrauerit, eidem non in pensione sed in beneficiis Ecclesiasticis erit prouidendum nisi de pensione in literis mentio habeatur.

c. cap. quamuis de preben. i 6.

Ex armilla aurea. RESIDENCIA.

1 Residere in Ecclesia est in ea seruire beneficio, et eius curam habere personaliter. c. cum quærentem, de cle. non resi. Et non residere si personaliter non residet uel beneficio non deseruit, secundum Gofr.

2 Quilibet clericus tenetur residere, si est beneficiatus: siue beneficiū sit magnum, siue paruum. c. nonnulli de cle. non re. et interesse matutinis, et uesperis; aliter si sit incorrigibilis deponitur. c. si. d. 36. Nec per alium potest residere de iure, quando ipse potest personaliter: de consuetudine autem, quando est rationabilis causa, potest: uel ex despensatione quæ ex rationabili causa datur: et qui secus facit non est tutus in conscientia, nisi per modicum temporis per alium resideat. Posset tamen ad tempus se absentare ex racionabili causa, et cum licencia sui superioris, c. relatum de cle. non re. sup. Beneficium § 68.

3 Clericus non residens in suo beneficio, nec implens in eo offitia sua tenetur restituere perceptos fructus, si male consumpsit, et non est in necessitate constitutus: intellige si habet bona, quæ non sint Ecclesiæ. Secus si ut pauper recipit, uel non male consumit nisi condemnetur. c. quia nonnulli de cle. non re. Vide sup. Beneficiū § 68 et 69

4. Causæ legittimæ non residendi quæ sint &c. vide supra. Beneficiū §. 60 usq3 ad 94, quas ponit sil. ver. residencia q. 7. et sunt quatuor, videlicet, absentia pro negocio Ecclesiæ. seruire Papæ legato uel Epō; studium Theologiæ et infirmitas. Vide ibi, et uer. beneficium, supra

Ex eadem armilla. BENEFICIUM.

3 Beneficium seculare diuiditur, quoniam aliud est summum ut Papatus: aliud est maius ut Episcopatus; aliud mediocre, seu duplex ut dignitas personatus, uel aliud habens curam animarum. Aliud simplex vt canonia, capellania aduocatio et huiusmodi. Aliud non habens administracionem, quod largo modo dicitur beneficium: ut quando quis habet beneficium non in titulum, ut sunt capellani, ad nutum amouibiles: sed quando habet intitulum aliquod beneficium cui est assignata dos quantumcunq3 sit simplex dicitur habere beneficium cum administracione, secundum Geminianum in capitulo, præsint, de offitio ordinarij libro sexto. Et quia omnia ista aliquam spiritualitatem includunt ideo dicuntur benefitia Ecclesiastica

36 Appetere beneficium siue curatum siue non, ex suo genere peccatum non est, quia eius obiectum infra ordinem appetibilium recta ratione est, sed peccatum contingit ex defectu alicuius circumstanciæ requisitæ. Caiet. ibi in summa.

37 Appetens beneficium plene curatum, vt Episcopatum uel non plene curatum ut parochiam, et sciens se habere conditiones requisitas ad tale beneficium non peccat ex parte personæ, concurrentibus aliis circumstanciis, ut bono fine et modo debito desideret. Debet enim uires proprias mensurare, ad regimen animarum, ne præsumptuosè assummat, et ad oues suas, à quarum vita ita distare debet, sicut vita pastoris à grege. Debet habere respectum ad alios ne se dignioribus uel æqualibus præferat: hoc enim esset acceptio personarum. Quo autem ad finem, ne appetat propter vitam delicatam uel splendidam **uel opulentam**, uel alio malo fine. Ex Caie. ibi supra.

38 Qui paruifacit prædicto modo se commensurare, ob appetitum beneficii curati, appetens peccat mortaliter, quia contra charitatem ouium Christi agit, et contra iusticiam distributiuam. Secus quando simpliciter et bona intencione appetit, non cogitans de dignioribus, nec intendit eos impedire, etiam quod cogitet de illis, sed pro se procurare, ut licite habeat, tunc non peccat. ex Caie. sup. infra Cathedra p tota.

42. Habens beneficium quantumcunq3 simplex, quod per se sufficit ad vitam beneficiati: secundum Panormitanum in capitulo, conquerente de cleric. non re. non potest aliud tenere sine peccato mortali: vt dicit glossa, in capitulo dudum. el. secundo de election. Limita secundum Panormitanum si propter se tantum habet. Secus si collatum esset non ratione sui, sed propter utilitatem beneficiorum, ut quia est homo bonæ conscientiæ, uel industrius: ut in capitulo cum iam dudum de præbendis et non est tutus talis in consciencia etiamsi a Papa dispensetur, si pro sua utilitate beneficium est ei collatum: secundum Panormitanum, ind.

Capitulo dudum. quia in tali casu patrimonium Christi iniuste dispergitur. Hoc te-
net Hostien. in d. capitulo dudum. et Joan. Andre. Caietanus etiam in summa idem
uidetur affirmare, quando beneficia sunt incompatibilia, quia residenciam requi-
runt, et non est possibile in omnibus residere. Posset tamen talis excusari propter ne-
cessitatem, quando plures Ecclesiae alicuius obsequio indigerent, uel plus, aut
tantum seruire Ecclesiae posset absens quam praesens, uel quando plures idonei
non inuenirentur, uel praerogatiua meritorum hoc requireret, uel alia rationa-
bili causa: tunc enim cum dispensatione esset tutus in conscientia. Vide Sancti
Thomam. quol. nono. quaestione ultima a. penult.

43 Habens plura beneficia incomparabilia cum dispensatione sine tamen causa ratio-
nabili, si eis bene prouidet per uicarios, ita ut non accidat Ecclesiis aliquod da-
mnum, neque circa temporalia quantum ad Ecclesiarum reparationem opportu-
nam quantum ad paramenta, ad numerum ministrorum diuini cultus, & ipsum Dei
cultum, et sacramentorum ministracionem, nec circa curam animarum, quod etsi sit
hoc possibile est tamen difficile et ratum, potest absolui, eciam quod uno be-
neficio retento, alia nolit renunciare. Si autem damnum aliquod notabile
de praedictis interuenit, neganda est absolutio. quia continuacio pluralitatis be-
neficiorum hoc modo non est absque mortali peccato et hoc est ex parte damni Eccle-
siarum. Ex parte autem distribucionis licet in distribucione acciderit peccatum
iniquae distributionis, non propter hoc tenetur ad renunciandum sed ad bene ge-
rendum. Igitur pensanda sunt dico ultra damnum Ecclesiarum. uide-
licet damnum clericorum bene meritorum in illis partibus, qui de his benefi-
ciis honorari deberent et sustentari. Secundum scandalum bonorum uirorum
qui ex talibus iniquis distribucionibus scandalizantur: et alii similia audent,
et sic ruit Ecclesia. et qui haec parupendit, quia sic communiter fit, et Papa
dispensat, imo dissipat, non est absoluendus. Ex Caietano in summa ibi.

45. Episcopus causa rationabili interueniente potest dispensare, ut quis habeat
unum beneficium curatum, et aliud simplex, in diuersis tamen Ecclesiis, et
in una Ecclesia habeat plura simplicia secundum gloss. in capit. literas nostras
de concess. praebend. dummodo sint difformia: secundum Joan. And. ut digni-
tatem et Canonicatum. et hoc sequitur Pa. in d. c. literas. non autem in duobus
conformibus: ut duos Canonicatus

47 Casus in quibus quis plures Ecclesias uel praebendas habere potest sine di-
spensatione sunt hi. Primus quando sunt ita tenues, quod neutra sufficeret
ad sustentacionem. de reli. do. c. quia monasterium. Secundus quando una ex al-
tera dependet. c. eam. te de aetat. et qua ord. Tertius propter raritatem cleric-
orum. 21. q. 1. c. clericus in fin. Quartus si Ecclesia est annexa dignitati uel prae-
bendae, in quo casu, cum ipse teneatur in maiori personaliter residere in ipsa paro-
chiali tenetur habere uicarium perpetuum et idoneum, qui congruentem habeat
de prouentibus ipsius Ecclesiae portionem: ut in ca. extirpandae de praebend.

48 Quintus quando habet unam intitulatam et aliam commendatam. c. si
plures. 1. q. 1. Talis commenda non potest fieri, nisi sacerdoti habenti. 25.
annos, et de una tantum Ecclesia parochiali, et pro euidenti utilitate uel

necessitate, et non durat nisi per sex menses c. nemo de elect. lib. 6. declaran-
tur in extrauagante Ioan. 22. quæ incipit Execrabilis, et tenetur seruare Ecclesi-
am commendatam in statu suo secundum Panor. in c. de monachis de præbend.
Vnde si in monasterio stabant uiginti monachi debent stare et de similibus de
superfluo autem debent sibi prouidere.

60 Habens beneficium quod aliquo modo requirit residenciam si monitus sine causa non rede-
at potest spoliari, secus si non requirit residenciam quia sine noua causa rationabili non potest re-
uocari 8. q. 1. c. quia frater

61 Omne beneficium secundum Ioan. And. post Inn. requirit residenciam nisi probetur contrarium
cap. ult. de clericis non re. nec debet ita stricte intelligi residencia quin quandoque possit
discedere secundum Ioan. And. supra. cessante tamen negligencia et fraude.

62 Dicuntur residere pro negociis Ecclesiæ se absentantes c. ex par. eod. tit. Secundo si ra-
tionabiliter se absentant ut quia capitulum inimicitiam habent ca. inter quatuor eod. tit.
Tertio si ex mandato Papæ in curia resident, secundum Host. uel Episcopo seruiant
iuxta cap. ad audienciam eod. tit. Quarto, si in Theologia studeant ut in cap. super
specula de magi. non autem in aliis scienciis, sine licencia prelati. cap. tua eod. tit. de cle.
non re. et hoc tantum per quinquennium; nec distribuciones quotidianas recipiunt nisi
sint infirmi qui solebant residere in d. c. ad audienciam

63 Ex probabili causa non licet abesse sine licencia prælati nisi hoc consuetudo permittat se-
cundum Innoc. et Host. non tamen uagentur. quia hoc consuetudo non potest permittere.

70 Clericus potest transire de una Ecclesia ad aliam secundum Arch. Flo. 3. par. tit.
15 c. pe. Primo causa necessitatis puta propter inimicitias, et huiusmodi, quo casu etiam
si propria authoritate transeat non punitur. 7. q. 1. c. pastoralis Secundo propter utili-
tatem, ut si uni Ecclesiæ magis sit utilis quam alteri et hoc authoritate superioris
7. q. 1. cap. mutaciones. Tercio propter sanctitatem, ut cum transit ad religionem
in qua professus non potest amplius repetere primam Ecclesiam 7. q. 1. c. hoc nequaquam
Si uero propter cupiditatem uel ambitionem ad aliam transeat, debet utraque
carere c. si quis Episcopus 7. q. 1. et c. quanto de transla

72 In permutacione beneficiorum dat Pan. in c. ad quæstiones de re. permu. regulam unam
generalem: quod omnia beneficia, et quæcunque iura habentur in ea qualiacunque sint
cum authoritate superioris permutari possunt, quam per dictum commune docto-
rum probat. Quod autem authoritate superioris hoc possit fieri, patet per c. quæ-
situm de exces. præla. et multa alia capi. et secundum Ioan. And. Qui enim
habet authoritatem conferendi beneficia, etiam in transmutacione: ex quo
sequitur, quod sede uacante, capitulum non habet hanc authoritatem quando collatio est
solius Episcopi: alias habet secundum eundem Ioan. And. in cle. unica de re permu.

85 Qui infra annum in Ecclesiis parochialibus non facit se promoueri ad sacerdocium in
continenti est priuatus. ut d. Pan. in d. § inferiora et per c. licet canon. de elect. lib. 6. quod tamen
non intelligitur in Ecclesiis parochialibus collegiatis ut in ca. statutum de elect. lib. 6.
quia secundum Pano. non est tantum periculum. quia ibi plures sunt sacerdotes.
Propter tamen studium Episcopus potest dispensare, ut usque ad septennium habens
beneficium cum cura animarum, non teneatur promoueri ad sacerdocium, tenetur
tamen in primo anno acceptacionis subdiaconatum accipere, cap. cum ex eo de elect. lib. 6. Et talis
dum stat in studio de bonis Ecclesiæ potest accipere quia in utilitatem Ecclesiæ dicitur
exponere secundum Dominicum

Ex Viguerio de statibus Ecclesiasticis Cap. XVII Paragrapho 1. versu XIII

Sed si quis recte consideret, tres duntaxat circumstancias inueniet, quibus licite fieri poterit, ut quis plura beneficia, aut plures prabendas cum dispensatione summi Pontificis obtineat. Prima circumstancia est exiguitas prouentuum, quando scilicet vnum beneficium adeo exiguos habet prouentus, quod non sufficiunt ad debitam et congruam sustentacionem vnius personæ secundum conditionem suam: quæ sustentacio aliter debet æstimari, quo ad uictum et uestitum et famulatum, et habitacionem quam rustici. Prophetæ enim antiqui testamenti famulos habebant: Helias Helizeum et Helizeus Giesi. Secunda circumstancia sufficiens ad dispensationem pluralitatis beneficiorum, est Ecclesiæ utilitas: quando scilicet, vnus pluribus Ecclesiis melius deseruit aliquando absens, quam duo semper præsentes. Tercia circumstancia, tollens deformitates pluralitatis beneficiorum, est Ecclesiæ necessitas, quando scilicet non inueniuntur clerici pro singulis Ecclesiis. prout in primitiua Ecclesia, in qua propter defectum clericorum, pro vno Episcopatu et Parochia, dabantur magna, lata, et longa territoria, quæ postea in plures diæceses, Episcopatus et parochias diuisa sunt. Si igitur idem casus occurreret, ad eum pertineret unire, ad quem pertineret diuidere, scilicet ad summum Pontificem. Et sic in tribus supra dictis casibus dispensatio habet uim unionis. Et sic plures parochiæ, censentur esse vna Ecclesia et vnum beneficium. Extra prædictos tres casus, uideant qui dispensant, et qui dispensati sunt, an licite faciant uel utantur. Videant pariter ne uelamine prædictorum abutantur.

Fratris Joannis Duns Scoti libri quarti distinctionis decimaetertiae quaestionis primae.

Restat ergo hic praecise uidere de impedimento quod est paena, nulla autem talis paena est naturalis siue in corpore siue in anima, quia talis paena nō simpliciter impedit, sed tantum paena canonica uel naturalis in quantū super ea fundatur paena canonica. Paena autem canonica (ut breuiter dicam) est aliqua prohibitio actus exercendi vel gradus recipiendi, qui alias competeret non prohibito. Huiusmodi autem paenae multae sunt non fundatae super aliquam paenam, uel defectum naturalem, ut degradatio, irregularitas, excommunicatio maior, suspensio ab executione eorum quae sunt ordinis, simonia, infamia et quaedam alia huiusmoi ad ista reducibilia ut sub infamia potest contineri esse publicum peccatorem quod continet multa .s. publicum fornicarium, publicum usurarium et huiusmodi. Aliquae autem paenae canonicae fundantur super defectus naturales, non enim uoluit ecclesia quascunque personas defectuosas ministrare in altari, et merito, quia in ueteri lege. Leui. 21. ponitur lex homini qui habuerit maculam quod non offeret Deo suo panem nec accedat ad ministerium eius. Isti autem defectus sunt in quibus esset scandalum pusillorum, si taliter defectuosus in naturalibus ministraret, et rationabiliter, quia quicquid sine peccato mortali potest dimitti, uitandum est si ex exercitio eius oriatur scandalum pusillorum, tale scandalum orietur si notabiliter defectuosi in naturalibus, ut mutilati, uel horribili infirmitate infirmi, ut lepra et huiusmoi ministrent in altari. Ideo Ecclesia rationabiliter talibus defectibus naturalibus adiunxit paenas canonicas scilicet prohibitiones ministrandi propter reuerentiam sacramenti et ad uitandum scandalū pusillorum, et istae prohibitiones patent in canone distin. 25. et extra de corpore uitiatis. Requiritur ergo in ordinate conficiente ablatio omnium horum impedimentorum quia habens quodcunque istorum si conficit facit contra prohibitionem Ecclesiae, et per consequens non ordinate.

Libri quarti distinctione XXV. quaestione I.

In ista quaestione primo est uidendum de paenis canonicis de quibus quaeritur q. Secundo qualiter excludant ab ordinis collatione uel susceptione. Circa primum, paena canonica, ut intelligimus in proposito, est paena inflicta per canones, prohibens uel arcens punitum ab aliquo actu Ecclesiastico qui alias sibi liceret. Hoc ultimum additur quia si alias non liceret sibi, non est paena layco, quod non possit conficere, quia hoc alias sibi non competit, sed sacerdoti ordinato paena esset. Dixi autem secundum canones quia siue a canone infligatur siue a iudice, non à canone, tamen ad hoc

vt sit iusta debet secundum canones infligi. Dixi autem prohibens vel arcens, quia pœna de qua loquimur vel intelligitur arctare tanquam prohibito tm̃, uel si aliquo modo vlterius, de quo dr̃ in secundo arti. iste modus continetur sub arcere vel arctare.
In speciali septem sunt eiusmõi pœnœ canonicœ videlicet. Depositio. Degradatio. Infamia, Irregularitas. Excommunicatio. Interdictum. Suspensio. De istis per ordinem dicendum est, et singulis in se, et qualiter incurruntur et quali remedio remittuntur, et comparando eas adinuicem scd̃m grauitatem et permanentiam Prima .s. depositio est maxima, quia totalis amotio a statu clericali, etsi degradatio sit amotio ab omi gradu clericali, tunc idem est depositio, et degradatio, si autem degradatio sit depositio tm̃ a determinato gradu, reseruato tamen gradu alio, sicut a sacerdotii gradu remanet gradus clericalis, tunc degradatio est quædam partialis pœna respectu depositionis. Sed quomodo depositus amouetur a statu et gradu clericali? Respondeo quod non character ordinis sibi tollatur, nec per consequens ordines susce: pti sed tollitur licentia exercendi actum cuiuscũq3 ordinis, et est priuilegium illud quod competit ordinatis, vnde talis traditur curiæ seculari ita quod et quantum ad actus Ecclesiasticos, et tutellam personarũ Ecclesiasticarum et quantum ad forum totaliter excluditur de numero personarũ Ecclesiasticarum. Ista pœna qualiter infligitur. Respondeo nunquã a iure sed præcise infligenda est a iudice. Forma autem secundum quam infligenda est, habetur extra de pœnis degradatio est hodie in. 6. lib. Causæ autem propter quas infligenda est sunt peccata enormia, vt pote hæresis, schisma, reuelatio confessionis. De primo extra de hæreticis ad abolendam. De secundo extra de schismaticis ad scindendos in. 6. lib. De tertio extra de pœni. et remis. omnis vtriusq3 sexus. Qualiter remittitur ista pœna. Respondeo non nisi per restitucionem in integrum ab eo qui potest restituere qui ponitur solus Papa, quamuis legittime depositus non legatur postea restitutus.

Secunda pœna est infamia quæ est status læsæ dignitatis quantum ad vitam et mores, sicut fama est status illæsæ dignitatis quantum ad vitam et mores. Hæc autem læsio diuersimode incurritur. Vbi sciendum quod non est idem esse infamem et infamatum. Infamatus est qui de crimine aliquo publice accusatur. Infamis vero non est pp talem impositionem criminis sed vel per crimen publicum publice commissum, ut forte si publice periurauit, vel quodcunq3 aliud crimen publice commisit propter quod ius determinat aliquem fore infamem, uel quia a iudice coram quo probatur crimen eius iudicatur infamis, ita quod omnis infamis est publice notatus de crimine, quod ius punit pœna infamiæ sed quandoq3 non est in iudicio de hoc conuictus et tunc est infamis tantum a iure et nõ a iudice

quandoque conuictus, et tali pœna a iudice punitus, et tunc est utroque modo infamis et a iure et a iudice. Ex istis patet secundum qualiter infamia contrahatur. prima enim infamia contrahitur ex impositione criminis infamatorii. Secunda incurritur a iure vel iudice puniente tale crimen tali pœna. Sed quæ est causa propter quam incurritur infamia secundo modo? Respondeo 6. q. 1. infames. omnes infames esse dicimus, quos leges sæculi infames appellant. ergo illæ leges sæculares punientes crimen infamiæ sunt canonicæ et illæ leges habentur. ff. de his qui notantur infamia per totum. Quod remedium contra istam pœnam. Respondeo contra infamiam primo modo, quando aliquis est infamatus, est purgatio canonica. ut habetur extra de purgatione canonica. ex tuarum. Illa enim purgatio totaliter tollit illam infamiam uel infamationem. Contra infamiam secundo vel tertio modo quæ quasi est eadem, licet a diuersis iure et iudice non est remedium nisi restitutio in integrum ab eo qui potest sic restituere extra de testibus testimonium in glo. arcetur. Ista pœna est simpliciter grauior quantum ad vitam ciuilem, quam depositio, nisi depositio includat istam quia hæc prohibet ab omni actu legittimo, et post actam pœnitenciam quia talis persona vilis est, extra de reg. iu. infamibus portæ dignitatis patere non dicunt. Tertia pœna est irregularitas et ista est inhabilitas ad susceptionem et executionem actuum ordinum. Ista incurritur frequenter a iure, quamuis posset aliquando infligi a iudice secundum iura.
Incurritur autem a iure ex quibusdam criminibus. Et ex quibusdam non criminibus. Et ex quibusdam quæ quandoque possunt esse crimina quandoque non crimina. Ex criminibus quatuor pertinentibus ad ordines vel actus eorum. Quorum unum est Simonia. Aliud furtum in ordine. Tertium ministerium in ordine non suscepto. Quartum contumacia in non seruando pœnas Ecclesiasticas

Simonia vel potest esse in ordine vel beneficio, quod si in ordine et scienter, ita. s. quod ordinatus sciat se simoniace ordinari, solus Papa dispensat. extra de simonia. nobis et. 1. q. 1. ut argutum est ad oppositum. Ex quo enim legislator consecrationem earum omnino non irritat, sibi soli conuenit relaxare. Si autem est ignorans, ignorantia inuincibili. ut pote aliis de quo penitus nescit, precium dedit ut ordinaretur non efficitur irregularis, nisi postquam constiterit sibi exequatur actum ordinis sic suscepti, unde postquam sibi constat de ordine sic suscepto, suspensus est ab actu illius ordinis quousque a tali suspensione liberetur.

Simoniacus autem in beneficio non sic grauiter punitur tamen ex quo sibi constat quod simoniace illud obtinuit tenetur resignare et toto tempore quo tenet iniuste tenet et tenetur ad restitucionem omnium quæ percepit, hæc probantur de simonia in diuersis capitulis

De furto in ordine distinguo quia aut prohibetur per excommunicationem ne quis accedat nisi de illo episcopatu, et prius legittime examinatus

et receptus, aut non est talis excommunicatio uel prohibitio. In utroque casu furtiue se ingerens est irregularis, sed in primo indispensabiliter nisi per Papam, in secundo dispensabiliter per Episcopum, probatur extra de eo qui furtiue ordines suscepit. in primo c. et 2. in tex. et in glo. De tertio crimine quod ad ipsum sequatur irregularitas, habetur extra de clerico non ordinato ministrante per totum.
De quarto habetur extra de clerico excommunicato uel deposito ministrante per totum. Ex hoc intellige maiori excommunicatione quia ut habetur ibidem c. si ce. licet in minori excommunicatione celebrans irregularitatis notam non incurrit. Intellige etiam postquam sciuit se esse excommunicatum, si enim haberet ignorantiam inuincibilem non tenetur cauere ab actibus ordinis nec exercendo illos incurrit irregularitatem ut habetur ibidem extra Apostolicae in glo. ut pote si quis excommunicauit alium per literas, et a tempore sigillationis literae uoluit eum statim esse excommunicatum, ille non tenetur se habere pro excommunicato quousque litera ad eum peruenerit. Si autem non sit ignorantia inuincibilis nec omnimoda incertitudo, ut per famam uel rumorem publicum deuenerit ad eum poena de excommunicatione irregularis est, licet cum eo mitius agatur. Probatur extra de translatione episcoporum inter corporalia. Sic etiam si non seruetur poena interdicti, ut habetur extra de excessibus praelatorum et subditorum tanta. Tamen illud capitulum bene posset exponi. Sequitur et non seruantem suspensionem, ut habetur extra de sententia excommunica. cum medicinalis. Sequitur etiam irregularitas tria non crimina, ut pote seruitutem dist. 54. ut extra de seruis non ordinandis per totum, ratio autem quia seruus est possessio domini, et ideo non debet ab eo auferri ipso inuito. Quando autem ordinatur fit inhabilis ad quosdam actus seruiles, quia si de facto fuit ordinatus domino inscio nec de nouo consentiente debet sibi reddi, tamen dominus non debet eum actibus dedecentibus ordinem suum applicare, sed debet seruire domino suo in actibus decentibus statum suum. Sequitur etiam illegitimatum extra de filiis praesbyterorum non ordinandis. c. 1. et 2. et ratio, quia praesumuntur imitatores paternae incontinentiae, tales praesumuntur etiam male morigerati, quia male educati, tamen cum eis satis faciliter dispensatur, unde Benedictus undecimus, cum quodam tali sine dispensatione ordinato, et in ordinibus ministrante postea foeliciter dispensauit, sicut ipse uidi Bullam dispensationis. Sequitur etiam tertium non crimen scilicet turpem uel enormem mutilationem uel infirmitatem ut habetur extra de corpore uitiatis non ordinandis. Exposuisti et 55. distin. Si euangelica et praecedenti et extra de clerico debilitato, quod si non sit mutilatio deformis nec ipse fuerit in culpa illius mutilationis non excluditur, ut habetur distinc. 55. si quis a medicis et duobus cap. sequentibus. Si autem fuerit in culpa ut si seipsum mutilauerit ut ibidem habetur si quis absciderit cum tali uix dispensetur. Unde Nicolaus quartus cum difficultate magna dispensatur cum quodam tali. quamuis religioso. Consimiliter est dicendum de infirmitate enormi uel non enormi.

Sequuntur et duo quae quandoque possunt esse cum culpa, quandoque sine culpa. Videlicet homicidium et bigamia, sub homicidio continetur mutilatio actiua enormis alterius hominis. et de ista materia habetur extra de homicidio voluntario et inuoluntario. 55. distinc. c. ultimo. 50. distinc. miror. et hoc est propter horrorem sanguinis effusi, unde etiam David non permisit Deus aedificare Domum nomini suo multo sanguine effuso. 2. Reg. 7. Sed de hoc distingue de voluntario et inuoluntario. Voluntarium nunquam deletur nisi per Baptismum et tunc est ratio congrua, quia deletur ratio, quia non amplius habetur horror iam nouus homo factus per baptismum

Si autem simpliciter est inuoluntarium ut pote altus irruit in gladium istius in nulla nocet distinc. 58.

Si autem inuoluntarium secundum quid ut pote non potuit euadere mortem, nisi occideret irregularis est, ibid. distinc. 58. de his sed facilis est dispensatio.

Si autem est casuale et dedit operam rei licitae, et adhibuit debitam diligentiam, nullam paenam incurrit altera illarum conditionum praetermissa incurrit paenam.

De bigamia quae simpliciter inducit irregularitatem ut dicetur inferius in materia de matrimonio habetur extra de bigamis. Quarta est excommunicatio de qua quid sit dictum est dist. 19. 5. articulo solutionis, et hoc de excommunicatione maiori, i. quae est simpliciter excommunicatio, minor si quidem non est excommunicatio, nisi secundum quid. quia secundum quid excludit a communione fidelium puta in sacramentis. Unde est incurritur patet quia quandoque a iure quandoque a iudice. Et quidem a iure quandoque erat possibile dicere numerum. imo erat paruus numerus quando fuerunt decretales compilatae Sub Greg. 9. Sed hodie quis numerare sufficiat, et cum crescant in infinitum crescentibus moribus capitum, non oportet circa hoc membranas implere, hoc tamen dico quod nec a iure nec a iudice debet infligi, nisi pro peccato mortali, nec pro quocumque sed graui, cum quo etiam concomitatur contumacia, quia quamdiu aliquis est paratus satisfacere pro culpa et audit Ecclesiam quare habendus est sicut ethnicus et publicanus, cum secundum Christum paena ista infligatur, quasi ultima illi qui non vult audire ecclesiam, qui est finaliter contumax. Quis autem sit minister iuris inferendo hanc poenam dictum est supra dist. 19. ubi prius, quia ad simpliciter excommunicandum, nullus est nisi cui subsunt omnes fideles, ergo nec aliqui alius nisi ut commisarius auctoritates illius. Qualiter relaxatur? Respondeo quod per absolutionem factam, ab illo qui excommunicauit, si ex excommunicatio a iudice vel a superiore eius. Si autem est a iure per absolutionem eius qui ius condidit nec hoc solum ut dicunt multi, sed per absolutionem cuiuscumque sacerdotis quando legislator non reseruauit sibi istam absolutionem et probant per capitulum extra de sententia excommunica-

tionis nuper. sed illa probatio parum cogit quia nō sequitur ille non reseruat ergo concessit loquendo de forma cōsequentiæ, et sēm iura quia posse absoluere cadit sub illa regula. Quod nō est concessum vr esse prohibitum quia nō competit alicui absoluere à sententia commissa à superiore, nisi sit sibi concessū. Comparando autem istam pænam ad præcedentem, hæc simpliciter est grauior, quantum ad intencionem, quia excludit ab omni cōione alias licita, illa tantum ab his quæ pertinent ad ordines, sed ista reputatur leuior, quia facilius remittitur, sed hoc est ad oppositum. Ista enim nō facilius remittitur, quia grauissima est et a pluribus excludit. Illæ aūt duæ pænæ. s. irregularitatis, et excommunicationis possunt esse et publicæ et priuatæ, et quo ad hoc quod possunt esse priuatæ sunt minus graues, q̄ alterutra præcedentium quæ duæ semper sunt publicæ. Quinta pæna est interdictum quæ est arctatio à quibusdam actibus ecclesiasticis exercendis, vel ab assistendo quibusdam talibus. Et licet ista pæna aliquando possit infligi loco et nō personæ q̄nq3 personæ et nō loco quāq3 vtriq3 et sic infligitur ita est seruando tamē vt est distincta pæna a cæteris frequentius infligitur loco et nō personis nisi dum in loco sūt vt. s. in tali loco nō liceat celebrare solemniter diuina nec alios interesse. Et ista pæna interdicti quāq3 contrahitur a iure, quāq3 a iudice, a iure occurrit exemplum de receptantibus vsurarios extraneos extra de vsuris vsurarum voraginem et est hodie in. 6. lib. a iudice propter causas innumeras communius propter inobedientiam communem populi terræ. Relaxatur per illum qui posuit interdictum, quanq3 etiam relaxatur in certis casibus a iure, vt patet extra de senten. excom. alma mater Ecclesia et est hodie in 6. lib.

Sexta pæna ē suspensio quæ ē prohibitio ab aliquo alias conueniente, et hoc ad tempus, in hoc distinguitur ista pæna specialiter ā alias: hæc autem est multiplex. Quia quædam est suspensio ab offitio. Quædam à beneficio. Quædam ab ingressu Ecclesiæ et vltra, q̄nq3 incurritur ipso iure vt habetur extra de sen. et re iudi. cum æterni et extra. senten. excom. cum medicinalis et etiam in suscipiendo ordines ab Episcopo qui renunciat loco et dignitati tali. quia qui executionem non habet executionē nō confert, et ita si ordinem confert suscipiens tamen executionem non habet, ideo ē suspensus de hoc. 1. q. 7. Daibertum et ex. De ordinia. ab Episcopi qui renunc. c. 1. in glo. similiter de ordinato scienter simoniace ut dictum ē supra, frequenter autem infligitur a iudice, nunc illa, nunc ista. Tollitur autem per relaxationem factam talis suspensionis, ab eo qui eam tulit vel a superiori eius.

DE SECVNDO articulo principali certum ē de quinq3 pœnis vltimis quod non prohibent a collatione vel susceptione ordinum de facto, vt probatur per Augus. 1. q. 1. quod quidam et est ratio, quia cū illis pœnis potest stare et ratio ministri et suscipientis et intentio et alia necessaria hinc inde de iure autem

prohibent ita quod illicite attentetur contrarium, tamen si attentatur hoc fit quod intendit, ratio autem istius negationis est, quia ecclesiae collata est potestas ordinandi sibi ministros ut colligi potest ex illo verbo Pauli ad Thimo. ubi describitur quales debent diaconi ordinari.
De prima autem poena scilicet degradatione maxime si fiat circa Episcopum dubium est ubi excludat conferre ordines de facto, sed pro et contra habetur quaestione praecedente articulo secundo.

IN RESOLUTIONIBUS JOANNIS DUNS SCOTI SUPER QUARTUM LIBRUM SENTENCIARUM. DISTINCTIO XXV QUAESTIO. I. PAGINA. 551.

Impeditne ab ordinis susceptione et collatione poena canonica:

Resolutio.

Poena canonica ea utique est quae per canones aut secundum eos infligitur prohibens aut arcens punitum ab aliquo gradu ecclesiastico qui alias eidem liceret. Sunt autem numero septem, depositio, degradatio, infamatio irregularitas, excommunicatio interdictum et suspensio. Depositio est totalis amotio a clericali statu. Degradatio est remotio a determinato gradu Ecclesiastico. Caue tamen ne propterea existimes characterem ordinis aut ipsos ordines tolli. Sed aufertur facultas exercendi actus ipsorum ordinum et privilegium clericale. Porro hae duae poenae nunquam de iure suoipso facto incurruntur, sed infligendae sunt a iudice et hoc propter peccata enormia haeresis schismatis et reuelationis confessionis etc. Nec potest haec poena remitti nisi per summum Pontificem. Infamia est status laesae dignitatis quantum ad vitam et mores. Incurritur autem a iure propter crimen publicum publice commissum, ut est periurium, aut aliud quoduis crimen publicum pp quod ius determinat aliquem fore infamem. Deinde a iudice coram quo probatur crimen eius iudicatur infamis. Peccata autem propter quae quispiam infamis dicitur, habentur in iure canonico. Infamis vero dicitur qui de crimine aliquo publice accusatur et remedium eius purgatio canonica. Remedium vero contra infamiam est restitutio in integrum ab eo qui potest restituere. Irregularitas est inhabilitas ad ex susceptionem et executionem actuum ordinum, ipsa frequentius intelligitur a iure. Primo ex quibusdam criminibus veluti ex Simonia quae potest esse in ordine uel in beneficio. In ordine dupliciter primo scienter quando videlicet ordinatus scit se Simoniace esse ordinatum et tunc solus Papa

dispensat. Secundo ignoranter ignorancia vincibili ut puta quando alius ipso
inscio pecunias dedit ut ordinaretur: Et tamen non dicitur irregularis nisi exe:
queretur actus ordinum postquam est horum certior effectus. Quare cessare de:
bet quousque a suspensione liberetur. Symoniacus vero in beneficio non adeo gra:
viter punitur. Tamen postquam sibi constat quod symoniace illud obtinuerit
debet resignare et restituere cuncta quae accepit. Deinde fit quis irregula:
ris de furto in ordine, quando videlicet contra voluntatem Episcopi ordi:
nes suscipit aut ommittit prius aliquem ordinem prius suscipiendum. Quodsi
Episcopus id prohibeat per excommunicationem, videlicet ne quis alterius
dioecesis, aut non habens dimissorias seu non examinatus se ingerat
dispensari nequit nisi per Papam. Si vero non adfuerit talis intermi:
natio per episcopum dispensabitur. Praeterea incurritur irregularitas ex cri:
mine quando quis exercet actus ordinis quem non suscepit, ut si non sa:
cerdos celebraret nisi haberet ignorantiam invincibilem ordinis non su:
scepti. Postremo ex contumacia in poenis Ecclesiasticis. Ut si quis ex:
communicatus aut interdictus seu suspensus sacramenta administra
ret vel reciperet nisi esset ignorantia invincibilis. Secundo contrahitur
irregularitas ex tribus quae non sunt crimina in eo in quo sunt, videli:
cet ex servitute illa despotica seu misera ex illegitimatione et mu:
tilatione vel infirmitate enormi, ut si quis privatus esset circa culpam
aliquo membro. Tertio contrahitur irregularitas ex aliquo, quod
indifferenter potest esse culpa et non culpa, ut ex homicidio et biga:
mia. Ideo quicunque fuerit causa interfectionis voluntarie, ut est iu:
dex ferens sententiam, et tortor eam exequens, procurans, accusans
et testes irregulares sunt. Item qui interficit in bello etiam iusto
sive interficiens aggressorem cum moderamine inculpatae tutelae. Et
hoc propter horrorem sanguinis effusi. Sed si quis det operam rei li:
citae, et invincibiliter ignoret alicubi esse hominem, si fuerit causa interfe:
ctionis non efficitur tunc irregularis. Haec tamen irregularitas non est nisi ex
iure Canonico et humano. Similiter qui contrahit cum vidua aut cum dua:
bus uxoribus efficitur irregularis. Unde illud Pauli. Unius uxoris vir etc.
Quodsi haec ante baptismum non fuerint peracta non causant irregulari:
tatem quia sunt poenae iuris canonici, cui ante baptisma nullus subiicitur,
iuxta illud. quid mihi de his quae foris sunt iudicare etc. Excom:
municatio maior videlicet (quae solum est poena canonica) non maior
est separatio a communicatione fidelium in sacramentis et actibus le:
gittimis. Infligitur autem quandoque a iure, quandoque vero a iudice
Attamen a neutro inferri debet nisi ob scelus mortale cui iuncta est contumacia

vide resolutionem dist. 19. Relaxatur vero per absolutionem eius, qui excommunicauit si fuerit a iudice. Si vero fuerit a iure relaxatur per simplicem sacerdotem consentiente D. Thoma et Richardo modo superior non reseruauerit sibi. Oppositum tamen tuetur Scotus. Sed fauores sunt ampliandi. Item in pœnis benignior est interpretatio facienda. Interdictum est arctatio a quibusdam actibus Ecclesiasticis exercendis, aut eisdem assistendi. Interdicitur autem quandoque persona, frequentius locus, quandoque vtrumque. Infligitur autem a iure, vt contra receptantes vsurarios extraneos, frequentius a iudice propter multa, communiter propter inobedientiam populi alicuius loci. Remittitur vero ab eo qui intulit et quandoque a iure. Suspensio est prohibitio a diuinis per certum tempus, quare finito statuto tempore ipso facto suspensus liber est. Infligitur quandoque a iure quandoque iudex enim qui contra iustitiam et conscientiam quidpiam agit in iudicio in grauamine partis propter satisfactionem, ad quam tenetur parti læsæ suspensus est per annum ab offitio. Frequenter vero infligitur a iudice. Aufertur vero per eum qui eam tulit aut per superiorem illius. Hæ autem pœnæ non impediunt ordinum collationem, aut receptionem de facto, propterea quod vna cum illis pœnis stet ratio ministri suscipientis intentio et reliqua necessaria. De iure autem prohibent, sit quod illicite contrarium attentatur. Quia Ecclesiæ collata est potestas ordinandi vt patet ex præcedenti resolutione. Quare potest reijcere quos merito iudicarit repellendos. De prima fit nempe de depositione aut degradatione variant canonistæ et theologi. Eorum tamen opinio habetur verior, qui et episcopatum asserunt esse ordinem et depositionem non impedire simpliciter ab administratione ordinum.

Distinctio XV. Quæstio 2. Pag. 558.

An sexus muliebris aut ætas puerilis ordinis susceptionem impediat.

Resolutio.

Cum ad ordinum susceptionem contingat quempiam trifariam impediri. Primo quia honesta seu debita cum præparatione eosdem suscipere nequit: Deinde quia non licite, seu absque peccato: Postremo etiam quia si præsumatur nihil præstatur. Vtique paruulus vsu rationis carens aut decimumquartum ætatis nondum attingens primis duobus modis sacros recipere ordines nequit. Tum quia puer non potest se disponere, vt honeste et reuerenter suscipiat. Tum quia et si paruulus non offendat minister tamen ipsum ordinans

peccat transgrediens Eccla. preceptũ, de facto autem potest, quia etsi actus ordinũ
exequi nequeat, potestas tamen seu gradus eos exequendi potest tempore actus il-
los precedere et ppinquã potẽtiam. Nec requiritur ibi consensus aliqs seu inten-
tio ut ait Durandus. Sufficit enĩ quod non dissentiat. Huc accedit caput vnicũ
de clerico per saltum promoto. Et quo elicitur primum, quod si Episcopus supe-
riorem ordinẽ omisso inferiori concedat vere fit talis ordinatus. Deinde
quod si sacerdotium non habenti rationis usum concedat vel cõferat ve-
re confert. Ratione cõstat qa Sacramẽta quæ nõ habẽt cõtractũ ma-
trimoniũ, nihil requirũt ex parte materiæ, nisi ipsam materiam, et inten-
tionem ministri et formam, sed paruulus est materia debita. Quia vir &c.
Ergo si cætera adsunt vere ẽ ibi ordinũ collatio. Sed emergit dubium an puer
ille obligatur ad cõtinentiam, ad quam nullus nisi ex proprio consensu obli-
gari potest, citra proprium delictum. Rñdetur ipsũ qdem ad cõtinentiam
obligari non rõne voti cuius ipse nõ fuit capax. Sed propterea quod
ordini sacro annexa est, et id plane iure diuino, saltem sacerdotio. Sic
quod sacerdos iure diuino illegitimatur ad cõtrahẽdũ in futuro. Qua-
re licet vxorati effecti fuerint sacerdotes, nunquã tñ cõstat sacerdotem
cõtraxisse iux Scotũ. Rñdetur qd in obligationibus specialibus et particula-
ribus nullus absqz proprio consensu obligatur sed bene in obligatiõibus
generalibus quæ sunt ex statuto Dei vel Ecclesiæ. Sicut puer baptizatus
cũ fuerit adultus tenetur ad legem euangelicã. Sic puer ordinatus cũ
peruenerit ad rõnis vsum debet continere ex obligatione et statuto gene-
rali ipsius Dei et Ecclesiæ, & nõ fit huic iniuria ab Ecclesia sed ab Episco-
po ordinãte. Verũtñ B. Thomas in materia de voto, asserit præsbiteratum non
illegitimare ad cõtrahẽdũ, nisi ex iure humano. Quã de re posse cũ tali paruulo
dispẽsari quia nõ obligatur ad castitatẽ obseruãdam. Adultus tñ quæ ssia-
tur præsbyter tenetur caste viuere ppterea quod vouerit eã saltem virtuali-
ter et interpretatiue cum sumpserit illud cui castitas annexa ẽ iure positi-
uo Eccliæ. Paruulus aũt nullo mõ uouit, quia etsi susceperit ordinẽs qui-
bus annexa ẽ castitas nõ tñ suscepit volũtarie, cũ adhuc nõ sit capax vo-
luntarii et inuoluntarii, quod si voluerit gaudere priuilegio clericali debet ser-
uare castitatem. Si noluerit potest vxorem ducere. Mulier aũt nullo modo
ordinẽs suscipere valet. Nam Christus instituẽs hoc sacramẽtũ in cœna
et vesperi resurrectiõnis, cũ solos Aptos sacerdotes instituerit, abunde innu-
it solos viros materiam esse huius sacramẽti. Adde quod nec mri õium sanctissimæ
vllum contulerit ordinem. Secus Eccla hunc gradum mulieribus nũquã abstu-
lisset. Huc accedit Aptus, interdicens fœminis in Ecclesia loqui, seu publice
docere, quod tamen pprium ẽ ordinatis. Insuper et natura ipsa et lẽx à beninnen-
tia hæc reicit quã dictat mulieres saltem post lapsũ debere subdi viris ipsis. Qua
ratione etiam vtitur Aptus. Cum igr idem Apostolus ad Galatas inquit: In chro
Jesu nõ est seruus etc. Respondetur id intelligi quãtum ad grãm et gloriam con-
sequendam non autem quantum ad gradum excellentem habendum.

IVBILEVM S. D. N. SIXTI PAPÆ QVINTI

ad implorandum sibi a Deo lumen et auxi-
lium pro bono Ecclesiæ Catholicæ regimine.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVO-
RVM DEI.

Vniuersis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, salutem et Apo-
stolicam benedictionem. Virium nostrarum infirmitati pastoralis offitii
molem nuper impositam considerantes, non possumus susceptum tan-
tæ administrationis munus non maxime formidare. De illius tamen
benignitate non desperantes, qui operari dignatur in nobis, non de-
simimus eius auxilium implorare, eique mentis nostræ sensus ne altius
extollantur humiliter subiicere, illud agnoscentes, et vere confi-
tentes, vnius Dei clementiam, nullis præcedentibus meritis nostris,
in imbecillitate nostra, memorem magna in nobis fecisse mirabilia,
quos tot et tantis gratiarum donis cumulatos, honoris principis
Apostolorum, admirabili dignatione uoluit esse consortes. Quam
tamen dignitatem et potestatem, cum multæ graues curæ consequan-
tur ualde solicitamur; tum quod de collatis in nos maximis be-
neficiis, quæ Dei benignitati referimus accepta, nullam dignam gra-
tiam quam eius clementiæ persoluamus, nostra potest infantia reperi-
re; tum etiam quod sub tanto pondere, exiguas vires initio contre-
miscere, ac pene iam corruere sentimus, non tamen animo deficientes,
ad summam Dei bonitatem confugimus, fideliumque et Deum ti-
mentium, quorum ipse (ut speramus) uoluntatem faciet, orationes
expetimus, quibus omnipotenti Deo semper benedicendo, gratiisque mi-
sericordiæ eius agendis adiuuemur, viribusque à cælesti rege submini-
stratis, suffulta nostra infirmitas, commissas nobis curarum et salu-
tarium Reip: Christianæ offitiorum partes, orantis simul populi in-
stantia promerente, valeat sustinere, opemque agitatæ et vbique fe-
re depressæ Catholicæ ~~et vbique fere depressa Catholicæ~~ religioni
suppeditare, ne cum in altitudinem maris venerimus tempestate
demergamur; sed potius horribiles tot peccatorum flatus, et exci-
tatas toto mari procellas discutientes, cum credito nobis grege optatum

cursum et æternæ salutis portum teneamus. Omnes igr̃ et singulos vtriusq; sexus Christi fideles vbicunq; existentes monemus, ac in domino requirimus, vt qui in hac alma vrbe sunt proxime sequenti hebdomada, aut altera protinus post eam itidem sequenti; qui vero extra vrbem degunt, cumprimum harum noticiam habuerint prima aut secunda itidem immediate sequenti hebdomada, conscientia sua diligenti prius examinatione discussa, peccata sua omnia humili et contrito corde confiteantur, et ante festum Penthecostes eiusdem hebdomadæ quarta et sexta feriis et sabbato. (cum hoc tempore ieiunia non indicantur) eleemosinas erogent, piaq; earũ largitione, quantum pro sua cuiq; facultate visum fuerit Christi pauperum egestatem et inopiam subleuēt, orationibusq; à Deo impetrare studeant, ut nobis lumen suum ostendat, pares tanto oneri vires præbeat, omnesq; actiones nostras dirigat. ac hostium Ecclæ suæ conatus infringat. Die vero Dominica quæ dictas eleemosinas atq; orationes proxime sequetur, sacrosanctam Eucharistiam deuote accipiant. Ita vt qui post festum Penthecostes voluerint infradicendæ indulgentiæ beneficio frui, dictis tribus diebus præter orationes et eleemosinas etiam ieiunare teneantur. Et nihilominus vt Deum magis propitium nobis et populo Christiano reddere, ipsiq; quantum nostræ tenuitati concedetur, gratias agere ualeamus, et ad tantum onus sustinendum vires impetremus, nos ipsi supplicationes processionesq; vna cum venerabilibus fratribus nostris. S.R.E. Cardinalibus, omnibusq; prælatis, et Romanæ Curiæ magistratibus die Lunæ quæ erit xxvij dies præsentis mensis maij, ab Ecclesia sanctæ Mariæ in ara cœli, vsq; ad Basilicam sanctæ Mariæ maioris habere, atq; incedere statuimus. Cæterum vt fideles ipsi ad hæc omnia peragenda magis idonei efficiantur de tradita nobis à Domino potestatis plenitudine, Ecclesiæ thesauros, quorum diuina fauente clementia dispensatores effecti sumus, copiose ac benigne aperientes, omnibus Christifidelibus supradictis, vt in hac vice tantum confessores idoneos, præsbiteros sæculares, vel cuiusuis ordinis regulares, ab ordinariis tamen approbatos eligere, qui eorum confessionibus diligenter auditis, eos a quibusuis peccatis, criminibus, excessibus et delictis quantũcunq; grauibus et enormibus, etiam in casibus sedi Apostolicæ reseruatis, ac in literis die cœnæ Domini quotannis legi solitis, contentis in foro conscientiæ, duntaxat, ac etiam a sententiis censuris et pœnis Ecclesiasticis, per eos quomodolibet incursis, iniuncta

inde eis pro culpæ modo pœnitentia salutari, absoluere, ac quæcunque per eos emissa vota (præterquam castitatis et religionis) in alia pietatis opera commutare valeant, per præsentes concedimus. Nos enim omnibus qui præmissa adimpleuerint, de eiusdem omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, plenissimam omnium peccatorum remissionem, ac eandem quæ Christifidelibus anno iubilei huius almæ vrbis Ecclesias, et extra eam deputatas, statutis diebus deuote visitantibus concessa est, misericorditer in domino elargimur. Eos quoque qui morbo uel aliquo alio impedimento detenti præmissa adimplere nequiuerint, si alia pia opera fecerint, in quæ arbitrio suorum confessorum, (quibus super hoc facultatem impartimur) commutata fuerit, ac etiam illos qui in itinere fuerint, si expletum iter per fecerint præmissa exequi studuerint, ipsius indulgentiæ et eleemosynæ aliorum prædictorum participes fieri uolumus. Præcipientes vniuersis et singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, et quibusuis aliis Ecclesiarum prælatis, et locorum ordinariis, vt statim cum præsentes literas seu earum transumptum authenticum etiam impressum ad eos fieri contigerit, solemnes processiones tribus diebus scilicet quarta et sexta feriis ac sabbato prædictis, iuxta locorum opportunitatem, ad effectum præmissorum indicent et celebrent, ac easdem præsentes, seu earum transumptum per suas quisque prouincias ciuitates et diœceses sine ulla fraude aut lucro publicent, et per Ecclesiarum rectores publicari faciant. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscunque. Quia uero præsentes ad omnia loca quibus illis opus esset perferri nequeunt, decernimus, ut illarum transumptis etiam impressis, manu notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ uel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ. Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto. viij. kal. Iunii. Pontificatus nostri anno primo.

H. Dat.
Jo. Bapt. Canobius
A. de Alexiis

Anno à natiuitate Domini Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto. Indictione decimatertia die vero 25. Mensis Maij Pontificatus S. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ quinti, anno primo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, lectæ, et publicatæ fuerunt, et per aliquod temporis spatium dimissæ, in valuis seu portis Basilicarum S. Ioan. Lateranen: et principis Apostolorum de vrbe nec non Cancellariæ Apostolicæ, et in acie campi floræ per nos Io. Fraile et Nicolaum Tallietum S. D. N. cursores.

Jo. Bapt. Bagni. Mag. cur.

Tego Jubileussu iestem uczestnikiem za spowiedzią i łaską miłego boga ab omnibus [illegible] excommunicationibus et irregularitatibus 1585 feria VI die 6 Septembris Varsouiae a confessore approbato Alberto de [illegible] ord: min: de regulari obseruantia [illegible] Varso:

MISSÆ. 45. SANCTO GREGORIO REVELATÆ LIBERANTES A PÆNIS PURGATORII.

EX MISSALI PROUINCIÆ GNESNENSIS

Istæ missæ sunt quas spiritus sanctus reuelauit sancto Gregorio Papæ qui eas tradidit sancto Bonifacio Papæ ad liberandum animas decedentium de hac vita à pænis purgatorii, et quicunque pro seipso dat vel solus celebrat dum uiuit aut pro alio post obitum tertia die à pænis purgatorii liberabitur etiamsi anima debuisset puniri ad diem iuditii primo. tres missas de Sancta Trinitate videlicet. Benedicta. per totum. Item quinque de sancta cruce. Nos autem gloriari. per totum. Item septem de septem donis spiritus sancti, videlicet. Spiritus Domini. per totum. Item nouem missas de nouem choris Angelorum. Benedicite. per totum. Item quatuor missas de quatuor Patriarchis. De uentre matris. per totum. Item duodecim missas de Apostolis. Mihi autem. per totum. Tres missas de Beata virgine. Salue Sancta parens. per totum. Item vltimam. Requiem pro defunctis. vel. Si iniquitates. Pro peccatis pro viuis.

Copia olim indulti Apostolici pro esu carnium feria quarta per Iulium Papam .II. Alexandro Regi et regno concessi 1505.

Iulius Episcopus Seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam. Syncera feruensque deuotio quam charissimus in Christo filius noster Alexander Rex Poloniae Ill. ad nos et Romanam gerit Ecclesiam, non indignè meretur ut uotis suis illis praesertim per quae eius ac subditorum commoditatibus et quieti ac conscientiae Serenitati consulitur, quantum cum Deo possumus fauorabiliter annuamus. Exponi nobis fecit praefatus Alexander Rex quod licet esus carnium quarta feria seu die Mercurii cuiuslibet hebdomadae nisi aliqua Vigilia occurrat, propter quam ab esu carnium abstinendum sit de iure prohibitus non existat. Tamen quia in Regno Poloniae Christi fideles die quarta feria uel die Mercurii ex deuotione carnibus non vescuntur, et pauci pisces saltem boni in pluribus locis dicti fideles aliqui stimulo conscientiae compuncti non audent libere dicta quarta feria seu die Mercurii carnibus uesci. Quare dictus Alexander Rex nobis humiliter supplicari curauit quod omnibus et singulis vtriusque sexus Christi fidelibus dicti Regni praesentibus et futuris religiosis et his qui voto ab esu carnium abstinere debent duntaxat exceptis, ut dicta quarta feria seu die Mercurii cuiuslibet Hebdomadae nisi aliud impedimentum obsistat dicta consuetudine non obstante, huiusmodi carnibus uesci et vti absque aliquo conscientiae scrupulo libere et licitè ualeant praemissis et Apostolicis ac in Prouincialibus et Synodalibus conciliis editis generalibus uel specialibus constitutionibus et ordinationibus caeterisque contrariis nequaquam obstantibus. Auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis et indulti infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit. Indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo quinto. Tertio Nonas Iunii. Pontificatus nostri Anno secundo.

Sex utilitates quæ proueniunt homini Canonicas horas dicenti cum diligentia et debita deuotione cordis persoluenti.

Prima est quod Deus hominem illum nunquam ita profunde in peccatis cadere permittit quin ipsum citius quam alium per pænitenciam erigat salutarem.

Secunda est quod non solum Angelus proprius sed etiam alii fiunt ei subditi et familiares

Tercia est quod omnia opera sua efficiuntur magis fructuosa et tam viuis quam defunctis ad remedium vtiliora

Quarta est quod homo fit efficacior in bono opere et magis expeditus in sermone

Quinta est quod summum bonum nunquam uult talem hominem in sua vltima hora delinquere sed in summa ipsius necessitate sibi uult misericorditer subuenire.

Sexta est quod homo per huiusmodi diligentiam quam habet in horis dicendis ad excellentiam maximam quæ non datur nisi perfectis poterit peruenire.

Domini gratia [illegible]

[illegible]

INGROSSATIO ANNI IUBILEI SACRI
Qui durabit per duas Hebdomadas,
allatus ad ecclesiam Parochialem Varcensem
Anno domini 1583 Mensis July die 18
Die Lunæ siue feria secunda ante festum
S Mariæ Magdalenæ

Cuius processus Iubilei tenor sequitur talis

GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI
Vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspe-
cturis Salutem & Apostolicam Benedictionem
Catholicæ religionis conseruationem salutiferæ crucis
sacramento fundatæ pacisque, vnde Christiana pie-
tas sumit incrementum, inter principes & populos IESU
CHRISTI domini nostri sanguine redemptos concilia-
tionem, uigilantibus undique studijs curare, incolu-
tasque assidua & quantum in nobis est protectione
custodire contendimus. Sed ipsius pacis ac religionis
inimicus fidei puritatem fœdare, dissensionesque
alias apertas alias occultiores in commissum nobis
gregem dispergere quotidie magis conatur.
Cuius nos pro officij nostri munere fraudulentis
artibus excitatis alicubi in populo Christiano
turbulentijs mederi ac damnanda peruersitatis
et controuersiarum mala quæ animarum perditio
atque innumeræ populorum calamitates consequuntur
submouere, nec non religionis ubique cultum &
tranquillitatis studium augere cupientes, ad pacis
filium Regem et omnis pietatis auctorem in primis
confugimus, ad quem etiam Christi fideles inui-
tandos duximus, ut et ipsi nobiscum sese ad eum
toto corde conuertant eiusque humili deuotione
precentur ut nobis ecclesiastici status & religionis
orthodoxæ incolumitatem in tranquillitatis solatio

benigne largiatur. Sperantes fore ut quod paucorum fer-
uor nobis, immensus non indulsit, uniuersae familiae
suae orationibus uniuscuiusque atque elemosinis concedat.
QVARE ex parte omnipotentis dei uniuscuiusque rogamus christi
fideles tam in Alma Vrbe Nostra quam in caeteris
Christiani orbis partibus, quo maiore possumus chari-
tatis affectu requirimus, Vt in urbe uidelicet prima
uel secunda hebdomada post dominicam septua-
gesimae, extra urbem uero ea hebdomada quae
post praesentium notitiam proximus consequetur
uel altera statim subsequente, ad dominum humili
et contrito corde sese conuertant et utrauis prae-
dictarum hebdomadarum conscientias suas diligenti
examinatione discutientes peccata sua SACER-
DOTI IDONEO AB ORDINARIO APPROBATO con-
fiteantur ac QVARTA et SEXTA ferijs nec non
die SABBATI ieiunent. Orationes deuote hab-
eant et elemosinas qui illas dare ~~potuerint~~ potue-
rint christi pauperibus iuxta cuiusque deuotionem
erogent. Deinde PROXIMO DIE DOMINICO
uere paenitentes et confessi sanctissimum EVCHA-
RISTIAE SACRAMENTVM ~~perceperint~~ omni re-
uerentia suscipiant, ac PRO CHRISTIANAE REIP.
TRANQVILLITATE ET FIDEI CATHOLICAE TV-
TELA ~~pr~~ PROQVE PACE ET CONCORDIA ~~in~~
INTER PRINCIPES et POPVLOS CHRISTIA-
NOS CONSERVANDA humiles preces effun-
dant. NOS ENIM omnipotentis dei MISERICORDIA et
beatorum PETRI et PAVLI APOSTOLORVM AVTO-
RITATE ~~confisi~~ ecclesiae thesauros quorum di-
spensatores sumus copiose et benigne aperientes
omnibus qui praedicta ~~impleuerint~~ adimple-
uerint PLENISSIMAM OMNIVM PECCATORVM
SVORVM INDVLGENTIAM ET REMISSI-
ONEM ac eandem quam christifidelibus anno
Iubilei praedictae urbis intra et extra eam ecclesias ad
id deputatas statutis diebus deuote uisitantibus

concedi solet misericorditer in domino elargi-
mur. Quin etiam eos qui morbo aut alio impedi-
mento detenti praemissa adimplere nequive-
rint, si alia pia opera fecerint, in quae arbi-
trio suorum confessariorum quibus super hoc faculta-
tem tribuimus fuerint commutata, ac etiam qui
in itinere erunt si cum primum per perfectum
eadem praemissa exequi studuerint INDUL-
GENTIAE ET DONI AC ALIORUM PRAEDICTORUM
participes fieri volumus. Sed ut ipsi Christifi-
deles tam saeculares quam regulares ad haec om-
nia magis idonei efficiantur concedimus ut possint
hac vice tantum, idoneos presbyteros saecula-
res vel etiam cuiusvis ordinis regulares ut
praefertur approbatos eligere, qui eorum confes-
sionibus diligenter auditis, licite valeant ipsos
a quibuscumque peccatis criminibus excessibus quan-
tumcumque gravibus et enormibus, ETIAM IN CASI-
BUS SEDI APOSTOLICAE RESERVATIS AC ETIAM
CONTENTIS IN LITERIS DIE CAENAE DOMINI
QUOTANNIS LEGI SOLITIS, NEC NON A SEN-
TENTIIS CENSURIS ET PAENIS ECCLESIASTI-
CIS PER EOS QUOMODOLIBET INCURSIS, iniun-
cta inde eis pro culpa modo paenitentia salutari
in foro conscientiae tantum, qualicumque prohibi-
tione sublata, ~~sine~~ SINE TAMEN ALICUIUS
PRAEIUDITIO ABSOLVERE AC VOTA QUAECUMQUE
AB EIS EMISSA CASTITATIS AC
RELIGIONIS VOTIS DUNTAXAT
EXCEPTIS in alia pietatis opera commutare.
Tum vero plurimum assidua oratio domino gratissima
est volumus ut in omnibus ecclesiis Patriarchalibus Metropoli-
tanis Cathedralibus Collegiatis Conventualibus Saecularibus
et Regularibus per presbyteros beneficiatos et clericos
Litanias cum additis alijs pro Regionum more precibus
ad altare maius vel post Missas solemnia hisce dura-
tibus praeductis et mentibus devote et attente psallant.
Et praeterea diebus dominicis et alijs ecclesiae praeceptis
festivalibus ultra ipsas litanias etiam processiones circa

Ta iest krotka náuka i podánie do ćwiczenia i czynienia ráchunku sumnie-
niem aczkolwiek może iáko się námieniłło, każdy wziąwszy xiążek iákich
do tego, w ktorych opisáne są rozmaite grzechy nie powiedáiąc tego nász
przed kapłłanem, czegoś niewinien rzeć i to co się tu nápisałło nie záwádzy
przeczytáć, żebyś wiedziałł coś powinien vmieć i dla tego tesz żebyś stąd
wziąwszy sobie ktory grzech przypomniałł, ktoregoś tám nieczytałł że nápisá-
ny nie był.

Dziewiąta náuka o záczęciu i postępku spowiedzy.

Przystąpiwszy do spowiednika i klęknąwszy v niego przeżegnawszy się s
Krzyżem mowiąc. W imię oica + i syna + i duchá świętego + potym prosz
o wysłuchánie spowiedzy a gdy kapłłan da znáć iż cię chce słłuchać mow
powszechną spowiedź ták.

Ja Grzeszny + spowiádam się + pánu Bogu wszechmogącemu + błłogosłłá-
wionej Pannie Maryjej świętemu Michałłowi Archániołłowi, świętemu
Janowi chrzcicielowi, świętym apostołłom Piotrowi i Pawłłowi, wszystkim
świętym i tobie oicze Duchowny żem ia ciężsko zgrzeszyłł, myślą, słłowem,
i vczynkiem. Moia winá, Moia winá, Moia wielka winá.

Tego dokonawszy, mśli pocżniesz wyliczáć grzechy swoie. Spowiednik (zwłłaszcza
ktoryby cię nie był świádom) będzie cię pytałł o niektore rzeczy

Potym wypowiedai grzechy swoie ktoreś przetym miałł ználeść ráchuiąc sumnie-
nie swoie. Po ktorych dostatecznym wyznániu z żałłością i skruchą ser-
deczną, iżeś nimi obráziłł páná á stworzyciela swego i ták zámkniesz spowiedź.
S tych y zewszystkich inych grzechow moich i zápamiętałłych álbo niewy-
powiedzianych bądź dla niewiádomośći, álbo nieumiejętnośći moiej, álbo tesz y
prze ieiáko niedbáłe ráchowánie sumnienia mojego. Daię się winien pánu Bogu.
Może tu przydáć. Także i sprosnych słłow i zmyszych grzechow
moich przeszłłego żywota mego. Dla tego proszę błłogosłłáwionei pánny
Maryjei, świętego Michałła archaniołła, świętego Jána Chrzciciela świę-
tych apostołłow Piotrá i Páwłłá, i wszystkich świętych, áby się zá mną
przyczynili, i ciebie tesz duchowny oicze o pokutę o rozgrzeszenie i o Mo-
dlitwę proszę

Potym kapłłan będzie cię iesscze o co pytałł (ktore pytánie ma być należą-
ce do spowiedzy i ktorego tesz ty nie masz nikomu po spowiedzy powiedáć) tedy
mu na wszystko iáko na krotszei odpowiesz

A potym ieślić będzie dawałł iákie náuki onych słłuchai z nabożeństwem
i z dobrą wolą pełłnienia to czego się vczy iáko tesz to coć roskaże. Pokutę
tesz to iest karánie ieiákie zá grzechy twoie vstáwioną wdzięcznie przyimiesz.
Zaś odszedszy od spowiednika vważai to wielkie dobrodzieystwo miłłego Bo-
gá że cię s tych plugáwośći ná tei świętei spowiedzy zasłługą męki, i wylá-
nia krwie syna swego miłłego Pánu nászego Jezu Christá obmyć raczyłł. A zá-
łuiąc zá ony grzechy przes vprzeimnie żeby cię raczyłł łłaską swą świę-
tą wspomoc, ábyś ty napotym mogłł się ich wiárowáć, i lepiei iego świętei
miłłośći słłużyć

O tym tedy iusz niechai będzie dosić co się ie nápisałło dla nieumiejętnośći
w tei sprawie świętei spowiedzy człłowiekowi każdemu bárzo potrzebny.
Lecz kto czytáć vmie z dzieciny iest i tych náuk opisánych nie potrzebuie i czę-
sto się chce spowiedáć, tedy się może od inszych wtym dobrze zasłłużonych
rádzić álbo w xiąszkách iákich o tymże (ale dla nabożniejszych) nápisánych
może przeczytáć między ktoremi iest Catechysm X. Ledesmy z włłoskiego na pol-
skie przełłożony

L · D · B · g · M · V

PRIVILEGIVM FAVORVM GRACIARV INDVLGENCIARVM INDVLTORVM CO-CESSIONVM IMPETRATORVM A SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO FÆLICIS RECORDACIONIS DOMINO LEONE PAPA .X. TVM IN PERSONAM PLVRIVM ALIORVM TVM IN PERSONAM GENEROSI OLIM DOMINI THOMÆ SOBOCKI ET EIVS CONIVGEM ET LIBEROS ET OMNEM POSTERITATEM.

VINCENCIVS DE LAGIEWNIKI AR-
chidiaconus Reuerendissimiq in Chro patris & Domini
Johannis Dei gra Archiepiscopi Gneznen Legati nati &
primatis Vicarius in spiritualibus & officialis Gneznen gnalis.
Vniuersis et singulis præsentes literas siue hoc præsens publicum trasumpti
instrumentum inspecturis, Lecturis visuris & audituris Salutem in Dno.
Et præsentibus fidem indubiam adhibere exigentibus frequenter necessita-
tum articulis prouida vtriusq iuris declaratione statuitur. Quod transum-
ptum ex Originali sumptum fidem faceret vbilibet in agendis. Notum
igitur facimus per præsentes Quod literas Apostolicas in forma Beatis-
sime Pater &c. cum certis indultis & facultatibus infrascriptis per Sa-
ctissimum in Chro patrem Dominum nostrum Dominum Leo-
nem diuina prouidentia Papam Decimum fæliciter modernu
concessis et manu sua Sanctissimæ paternitatis signatas nobis pro par-
te Generosi Domini Thomæ Sobocki in dictis literis principaliter no-
minati coram Notario publico & testibus infrascriptis præsentatus nos
cum ea qua decuit reuerentia noueritis recepisse huiusmodi sub tenore.

BEATISSIME PATER. Vt animarum saluti deuotorum Ora-
torum nostrorum, Stanislai Gorecki Præpositi Calisien Custodis Plocen.
Stanislai Halicien de Chodecz Regni Poloniæ Marsalci. Stephani Halici-
en de Chodecz Palatini Russiæ. Johannis Kobilenski Castellani Rospr-
rien. Bartolomæi Gruszczinski de Cosmin Custodis Gneznen. Stanislai
Mielzinski Canonici Wladislauien Thomæ Sobocki Johannis Go-
recki. Jacobi etiam Gorecki. Nicolai Krosinski. Stanislai Szyskow-
ski. Laurencii de Gieszki Vicarii perpetui Calisien ac coniugatorum
coniugandorumq, vxorum et vtriusq sexus liberorum præsentium &
futurorum Gneznen Leopolien Wladislauien & aliarum ciuitatu
& Diocesi salubrius consulatur. Supplicant igr Sanctitati vræ humilr
Oratores præfati quatenus eos spiritualibus fauoribus et graciis prosequen
eis & eorum cuilibet vt confessor idoneus Secularis vel cuiusuis ordinis regu-
laris præsbiter quemlibet ipsorum duxerit eligendum ipsos et eorum quem-
libet ab omnibus et singulis excommunicationis suspensionis & interdi-
cti

aliisq; Ecclesiasticis Sentenciis censuris & pœnis a iure vel ab homine qua
uis occasione auctoritate vel causa latis seu promulgatis ac notorum quorũcunq;
& mandatorum Ecclesiæ transgressionibus periuriorum et homicidiorum ca
sualium vel mentalium reatibus manuum violentarum in quasuis personas
Ecclesiasticas non tamen Prælatos de præterito, iniectionibus Ieiuniorum, Horarũq;
Canonicarum, Diuinorum. Officiorum pœnitenciarum iniunctarum in toto vel
in parte ommissionibus; necnon ab omnibus & singulis eorum peccatis Crimi
nibus Excessibus & delictis quantumcunq; grauibus & enormibus De quib9
corde contriti & ore confessi fuerint etiamsi talia sint propter quæ Sedes Apo
stolica merito fuerant consulenda & de reseruatis in vita singulis annis semel,
& in mortis articulo, etiam si mors tunc non subsequeretur. De aliis vero nõ
reseruatis & tociens quociens opus fuerit absoluere & pro commissis pœnite
ciam salutarem iniungere ac vota quecunq; vltramarino Liminum Apostolorũ
Petri & Pauli de Vrbe ac Jacobi in Compostella religionis & castitatis votis
duntaxat exceptis in alia pietatis opera commutare Juramenta quæcunq; si
ne iuris alieni præiudicio relaxare necnon semel singulis annis in vita &
mortis mortis in articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissio
nem et absolutionem a pœna & culpa auctoritate Apostolica impendere pos
sit & valeat. Vtq; liceat eis et eorum cuilibet Nobilium Plebeorum aut
gradum habentium, habere portatile cum debitis reuerentia & honore
super quo in locis ad hoc congruentibus & honestis etiam non sacris, etiã
interdicto Ecclesiastico vel Apostolica aut Ordinaria Authoritate suppositis
dummodo causam non dederint huiusmodi interdicto & per eos non re
stet quominus fiat debita executio eius propter quod propositum fuerit
huiusmodi interdictum & fecerint, quantum in eis fuerit quod illa propter
quæ interdictum Apostolicum appositũ fuerit executioni debite deman
dantur etiam antequam elucescat dies circa tamen diurnam lucem, etiam
circa meridiem in sua & familiarium suorum domesticorum ac omnium &
singulorum suorum, consanguineorum, affinium & amicorum præsentium ĩni
bi pro tempore confluentium Missas et alia Diuina Officia solenniter per
proprios seu alios tam sæculares quam cuiusq; ordinis Regulares Sacerdotes
celebrari facere ac Sacerdotibus eligendis huiusmodi missas & alia diuina
Offitia celebrare et exercere tempore interdicti eisdem diuinis interesse &
ea audire, ac Eucharistiam & alia Ecclesiastica Sacramenta sine iuris ali
cuius præiudicio etiam in Paschate ac eorum omnium & singulorum cadaue
ra etiam tempore huiusmodi interdicti Ecclesiasticæ tradi sepulture cum fu
nerali pompa. Et insuper quod dicti Oratores et alii omnes & eorum li
beri coram Beatæ Mariæ Virginis imagine Coronam deuote dicendo tot q̃d
Ecclesiam Beatæ Mariæ de populo de Vrbe visitantes consequuntur Indul
gencias & remissiones consequantur & consequi possint, perinde ac Oratores
prædicti & eorum liberi BEATÆ MARIÆ VIRGINIS de populo
Ecclesiam huiusmodi personaliter visitarent. Et quod iidem Oratores
uxores

Vxores et liberi eorum vnum vel duo suæ Capelle aut cuiuscumque alterius Ecclesiæ altaria in partibus vbi eos pro tempore residere contigerit eligere que quadragesimalibus et aliis anni temporibus et stationum Vrbis diebus deuote visitando tot et singulas indulgencias et peccatorum remissiones consequantur quas consequerentur si singulis diebus easdem singulas in Vrbe et extra eam Ecclesias dictis temporibus personaliter visitarent et quilibet ex ipsis visitaret. Quodque quadragesimalibus et aliis temporibus prohibitis saltem de corporalis medici consilio, ouis, butiro caseo et aliis lacticiniis et carnibus libere et lanti vescendi absque consciencie scrupulo. Postremo vt Oratrices cum quibuscumque mulieribus honestis per eas eligendis quecumque Monasteria monialium cuiusuis etiam Sanctæ clare aut alicuius alterius arctioris Ordinis de præsidentium licencia ingredi et cum eisdem Monialibus versari et refectionem sumere dummodo ibidem non pernoctent libere et licite possint et valeant plenam et liberam licenciam et facultatem concedere et indulgere dignemini de gratia speciali Non obstantibus quibusuis Apostolicis ac Prouincialibus et sinodalibus conciliis æditis generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus necnon quibusuis Cancellariæ Apostolicæ regulis in contrarium forsan æditis quibus derogare placeat Cæterisque contrariis quibuscumque clausulis cum æditis tum consuetis Et de reseruatis modo et forma prædictis ac commutatione votorum relaxatione Juramentorum vt supra Et de non reseruatis tociens quociens opus fuerit ac plenaria remissione et absolutione per omnia vt supra. Et de altare portatili cum clausula ante diem et ante Meridiem et alias modo et forma solitis. Et quod tempore interdicti corpora eorum Ecclesiasticæ tradi possint sepulturæ vt profertur. Et de Indulgenciis BEATÆ MARIÆ de populo ac stationum vrbis visitando et recitando vt supra. Et de esu onerum butiri casei et aliorum lacticiniorum ac carnium vt præmittitur. Et de ingrediendo Monasteria Monialium pro oratricibus præfatis vt præfertur Et de præmissis omnibus et singulis Oratoribus prædictis et eorum quolibet respectiue vt supra. Et quod præsens Indultum duret nec censeatur reuocatum vita Oratorum durante et semper a quibusuis reuocationibus et suspensionibus exceptum sit et ipsis suffragare debere. Et quod præsentis Indulti sola signatura sufficiat eiusque transumptis manu Notarii publici subscriptis et sigillo alicuius Prælati Ecclesiastici munitis fides plenaria et indubitata vbique locorum sit vt proprio Originali ex adhibeatur et transumpta fieri possint pro quolibet oratore et pro vtriusque sexus liberis ad partem nulla facta mentione de aliis et eorum nomina et cognomina exprimi possint in eisdem Quæ quidem Literæ tali claudebantur Fiat ut petitur Quibus quidem Literis per nos sic vt præmittitur receptis visis palpatis lectis et diligenter inspectis fuimus pro parte præfati Generosi Domini Thomæ Sobocki in præinsertis literis nominati præsentes debita cum instancia requisiti. Quatenus

Lrās ipsas in forma debita & autentica ad finem et effectum Quiꝗ earū transumpto vbilibet locorum fides adhibeatur iuxta et secundum earundē ac Decreti præfati Domini nr̄i Papæ in eisdem apposti vim formam con-tinenciam & tenorem transumi exemplari necnon publicandum face-re et transumptum sensuū ingrossare & Decretum nrūm imo verius Præ-fati Sanctissimi Domini nr̄i Papæ interponere fidemq indubiam in iudi-cio & extra vbilibet eidem adhiberi mandari dignaremur. Nos igr̄ Vincentius de Lagiewniki Archidiaconus & Officialis præfatus atten-dentes requisitionem sensuū fore iustam & rationi consonam cum lrāe præfatæ singulorum in eisdem nominatorum negocium tangant difficile q foret easdem ad singula quæq loca vbi expediens esset deferre Quodq iusta petentibus non est denegandus assensus petitionibus & requisitio-nibus pro parte Domini Thomæ Sobocki in eisdem lrīs nominati nobis facta inclinati lrās prædictas nr̄a imo verius Apostolica authoritate transsumendas & exemplandas duximus transumimusq & exemplamus per præsentes decernentes ex nunc prout Dominus nr̄ Papa præfatus prædictas præinsertas lrās decreuit Quodq huiusmodi nr̄o transum-pto in Judicio et extra Judicium vbiq locorum stetur fides qualis & quā-ta ipsis Literis Originalibus data esset et adhibita seu daretur et adhibe-retur si in medium producæretur Quibus omnibus & singulis supra-dictis tanquam rite & legittime coram nobis facta et celebrata. Nos igr̄ VINCENTIVS de Lagiewniki Archidiaconus & Officialis præfatus nr̄a imo verius Sanctissimi Domini Nr̄i Papæ potestati in-terposuimus & præsentium per tenorem interponimus auctoritatem pari-ter & Decretum. In quorum omnium & singulorum fidem & testimoniū præmissorum præsentes lrās siue prīs publicum transumpti instrumē-tum exinde fieri Et per Notarium publicum infrascriptum subscribi & publicari Mandauimus sigilliq nr̄i iussimus & fecimus legitima sub appensione communiri ACTVM ET DATVM GNEZNE Die Iouis Vicesima secunda Mensis Julii Anno Domini Mil-lesimo Quingentesimo Decimo octauo Indictione Sexta Pon-tificatus prænominati Sanctissimi in Chrō prīs Domini nr̄i Domini Leonis diuina prouidentia Papæ Decimi Anno ipsius Sexto Hora terciarum vel quasi pn̄tibus tunc discretis Nicolao Gizewski Ge-orgio Chwalczewski Mathia Schirkowski Johanne Witkowski Vin-centio Biskupski Notariis Consistorii Gneznen̄ testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Albertus Vincencii de Carszewo Clericus Diocesis Gneznen̄ Sacra Apostolica auctoritate Notarius publicq. et coram memorato Rn̄do Patre Domino Vincentio de Lagiewniki Archidiacono Vicarioq in spiritualibus et officiali Gneznen̄ Gnāli causarum & actus pn̄tis scriba. quia prædictarum Lrārum Apo-stolicarum præsentationem & oblationem Earundemq trans-

sum-

sumptionem & regrossationē auctoritati interpositioni, & præsen-
tacioni Decreto aliisq; omnibus & singulis præmissis dum sic vt præ-
mittitur fierent & agerentur vnacum prænominatis testibus prñs
interfui. Eaq; omnia & singula præmissa sic fieri vidi & audiui ac
in notam sumpsi ex qua hoc præsens publicum transumpti instru-
mentum Manu alterius scriptum confeci & in hanc publicam formā
redigi signoq; & Nomine meis solitis & consuetis vnacum appensione
Sigilli præfati Domini Archidiaconi & Officialis consignaui & com-
muniui in fidem & testimonium omnium præmissorum rogatus &
requisitus.

Concilii Tridentini Sessione vigesima quarta de pluralitate beneficiorum Caput XVII

Cum Ecclesiasticus ordo peruertatur, quando vnus plurium officia occupat clericorum, sancte sacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Ecclesiis conscribi: verum quoniam multi improbæ cupiditatis affectu, seipsos non Deum decipientes, ea quæ bene constituta sunt, variis artibus eludere, et plura simul beneficia obtinere non erubescunt, sancta synodus debitam regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens, præsenti decreto, quod in quibuscunque personis, quocunque titulo etiam si Cardinalatus honore fulgeant, mandat observari, statuit, vt in posterum vnum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius cui confertur, honeste sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque non modo ad cathedrales Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia, tam sæcularia, quam Regularia quæcunque etiam commendata pertineant, cuiuscunque tituli ac qualitatis existant. Illi vero, qui in præsenti plures parochiales ecclesias, aut vnam cathedralem et aliam parochialem obtinent, cogantur omnino, quibuscunque dispensationibus, ac vnionibus ad vitam non obstantibus, vna tantum parochiali, vel sola cathedrali retenta, alias parochiales infra spatium sex mensium dimittere, alioquin tam parochiales quam beneficia omnia quæ obtinent, ipso iure vacare censeantur, ac tanquam vacantia libere aliis idoneis conferantur, nec ipsi antea illa obtinentes tuta conscientia fructus post dictum tempus retineant. Optat autem sancta synodus vt resignantium necessitatibus commoda aliqua ratione (prout summo Pontifici videbitur) prouideatur.

[margin:] ad hæc. c. cum non ignores de præb.

[margin:] sup. Sess. 7 de ref. c. 7

Ioannis Pauli Lancelloti Perusini Iurisconsulti et Antecessoris, Institucionum Iuris canonici Libro I. Titulo 29. De clericis non residentibus, Paragrapho Si tamen.

Si tamen ab initio idonei ad residendum reputati, postea Ecclesias uel prebendas sibi concessas, sine iusta et necessaria causa deserant, si moniti et congruo tempore expectati non redierint, eis priuari poterunt.[c] Iustæ non residendi causæ sunt, veluti si quis, aut Romano[d] Pontifici aut proprio Episcopo, obsequium exhibeat.[e] Item si iura et negocia Ecclesiæ[f] suæ fideliter prosequatur, aut si ut studiorum causa abesse possit[g] est alicui specialiter indultum, et si quæ sunt alia similes

[margin:] c. Cap. fin. ext. eod. et cap. relatum et cap. ex parte et seq. d. tit. d. Cap. ad dilectus ext. eod. tit. e. Cap. de cætero eod. tit. e. ... f. Cap. ex parte eod. tit. g. Cap. relatum d. tit.

Eiusdem Institucionum Iuris Canonici, Lib. I. Tit. 27 De collationibus. Paragrapho. Inde etiam.

Inde etiam licet beneficiata persona, de alio beneficio nisi primo illud, quod obtinet omnino demittat, provideri non possit, nisi aut Cardinales sint, aut Regum filii, per tale tamen rescriptum, maxime circa literatas personas super hac pluralitate dispensari poterit.

c. cap. de multa extra de praeben. extra. Joannis ... et extra ... execrab.

ABSOLVTIO ET COMMVTA=
TIO VOTI IN ALIA PIA OPERA

JOHANNES ANDREAS DEI ET APO=
Stolicæ sedis gratia Episcopus Britonoriensis et Comes Sanctissi=
mi in Chro Patris et D. N. D. Gregorii diuina prouidentia PP. XIII in
vtraq: signatura Rñdarius ac Prælatus domesticus eiusq ac sanctæ
Sedis Apostolicæ ad Serenissimũ Principum Stephanũ Poloniæ Regẽ
eiusq Poloniæ Regnum, omniaq alia dominia et loca eidem Regi quo=
modolibet subiecta cum ptate legati de Latere Nuncius dilecto nobis
in Chro Nobili Thomæ Okuñ de Grodzisko Regni Poloniæ secretario
salutem et syncceram in Domino charitatem. Nuper ex parte sua Nobis
expositum fuit, quod tu superioribus annis in infirmitate constitutus,
votum suscipiendi sacerdotii animo deliberato emisisti, verum postea
melius tecum ipse cogitans, rationabilibus de causis animum tuum mo=
uentibus, sententiam mutasti, et a dicto voto liberari desideras. Ideo
Nobis similiter supplicasti, vt te auctoritate Apostolica a dicto sacer=
dotii voto absoluere, et illud in alia pietatis opera commutare dignare=
mur. Nos igr. huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apca
nobis per lrãs Aplicas nrarum facultatum, ad quarum insertionem
non tenemur, commissa, et qua fungimur in hac parte, te apud nos de
gnis Nobilitate, et in sanctam Sedem Apostolicam deuotione, aliisq probi=
tatis et virtutum meritis multiplr comendatum, a præfati sacerdotii voti
per te emissi obseruatione, absoluimus et liberamus, dictumq votum in alia
pietatis opera commutamus, vest vt voti loco, vnam virginem pauperem or=
phanam cum decenti dote, tuo arbitrio, nuptui tradere, ac per annum sin=
gulis sextis feriis ieiunare, et septem Psalmos Pœnitenciales cum Litaniis
et orõibus sequentibus deuote recitare, omnino tenearis, quibus pietatis
operibus, vt præmittitur adimpletis, te a præfato sacerdotii voto, absolutũ
et liberũ eẽ volumus et declaramus. Non obstantibus præmissis et
Constitutionibus, ac Ordinationibus Apcis ceterisq contrariis quibuscumq.
DATVM. VARSOVIÆ. Posnanien Diœc. in Venabili
Monasterio S. Georgii Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octua=
gesimo Primo. Die XXII Februarii Pont. Prælibati Sssmi D. N. D.
Gregorii PP XIII Anno Nono.

Jo: And. Epũs Brittonorieñ Nuncius Apcus

S. Pinus Bizarrus
Not. de man.

Hieronimus Comes a Rozrazow Dei et Ap(osto)licae Sedis gratia Episcopus Wladislavien(sis) et Pomeraniae.

Vniuersis et singulis quorum interest significamus praesentibus litteris nostris oblatas nobis esse per R(everen)dum D. Thomam Okun Canonicum n(ost)rum wladislauien(sem) certas R(everendissi)mi olim D(omi)ni Jacobi Bielinski Suffraganei Ploczen(sis) pargamentas litteras, sanas, saluas ac nulla in parte sui suspectas sigillo eiusdem appenso communitas, quibus non solum docuit se ad omnes minores ordines ad Acolitatum vsq(ue) inclusiue in Eccl(es)ia Cathedrali Ploczen(si) feria sexta ante Dominicam Iudica Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo primo, de licentia sui ordinarii a praedicto Domino Suffraganeo promotum esse, sed etiam petiit vt iisdem litteris, praesentibus hisce n(ost)ris quibus reliquae ordinationis suae ad omnes maiores ordines ipsi testimonium perhibemus fidem faceremus. Quod sicut libenter rei honestate et aequitate ducti fecimus: ita eundem clericum iam sicut praemissum est in minoribus ordinibus constitutum Anno Domini Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto Niesulkouiae intra missarum solennia in festo S. Thomae Ap(osto)li id e(st) die Sabbati, Quartualis S. Luciae sacros maiores ordines soleniter celebran(tes) ad subdiaconatum. Rursusq(ue) Anno p(rae)d(ic)ti octuagesimo sexto die Sabbati Quartualis Cinerum Wolboriae intra missarum solennia ad Diaconatum. Vltimo vero Wladislauiae sabbato sancto intra missarum solennia anni eiusdem ad praesbiteratum, ad eiusdem Canonicatus Wladislauien(sis) prouisionem, prius tamen sufficienter examinatum ac idoneum repertum, receptaq(ue) ab ipso secundum SS. Concilii Tridentini praescript(am) fidei professione Diuina adiuti gratia promouimus et ordinauimus. In cuius rei fidem et euidentius testimonium praesentibus sigillum nostrum apprimi iussimus. Datum Wladislauiae sabbato sancto Paschae Anno quo supra M D LXXXVI°.

Johannes Bejiel Actor(um) Curiae suae R(everendissi)mae P(at)ris Notarius

SEQUITUR ORDO EREMITANORUM SANCTI AUGUSTINI ET CAETERI ORDINES SUB EIUS REGULA MILITANTES INDULGENCIAE PRIVILEGIA ET FAESTA PRAEFATI ORDINIS ET ALIA QUAE VIDENTUR AD EUM PERTINERE.

BENEDICTIO PANIS SANCTI NICOLAI, de Tolentino ordinis Eremitarum sancti Augu-stini, qui non solum in die festo ipsius, aut in templo, sed etiam (necessitate occurrente) quouis alio tempore et loco benedici potest. Fitq; infrascriptio modo accepto pane uel frust. ut benedicatur.

Hymnus.

Te Canunt omnes Nicolae gentes,
Te pii patres simul atq; matres
Voce te laudant pueri canora.
Votaq; soluunt.

Efferunt caeci, resonantq; muti
Quos tua cunctos ope liberasti
Mira decantant tua facta claudi
Laude perenni.

Eruti per te maris è periclis.
Quosque tu morbis variis grauatos:
Mille sanasti, tua dona cuncti
Magna fatentur.

Quosq; vexatos pius expiasti
Daemonum dira feritate quosq;
Consequi rursum ueteris dedisti
Lumina vitae

Diue, cui tantum tribuunt superni
Diue, caelestis q; habitator aulae
Posse quem totum dominator alti
Auxit olympi

Laus patri summo genitoq; semper
Quiq; procedit Deus ex vtroque
Spiritus sanctus Deus unus idem
Laus tibi semper. Amen.

℣ Dominus vobiscum ℟ Et cum spiritu tuo.

Oratio

DOmine Iesu Christe, qui benedixisti quinq; panes in deserto: multiplica super fideles tuos misericordiam tuae pietatis, quemadmodum fecisti cum patribus nostris in tua misericordia sperantibus, et bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare digneris hanc creaturam panis, quem ad subsidium tuorum fidelium tribuisti:

quatenus a quocumque sumptus fuerit, bene ✠ dictionis tuæ opulentia repleatur, et gratiarum actione per te in visceribus ipsorum sanctificetur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Oratio.

Domine sancte pater omnipotens sempiterne Deus, qui per potentiam tuam panem istum in forma visibili tribuisti et magnitudine largitatis tuæ humanis usibus emanare de segete iussisti: te suppliciter exoramus; ut hunc panem, quem negligentia nostra polluit, sancti spiritus gratia ad munditiam revocet et sancti ✠ ficet, mundet ac purificet, et turpitudo callidi hostis abscedat: ac familiæ tuæ deinceps cum benedictione comestibilis tribuatur: et comedentium mundentur corda et corpora ipsorum per tuam gratiam sanctificentur. Per Christum Dominum nostrum. Resp. Amen ℟. Comedetis carnes. et saturabimini panibus. Iste est panis quem dedit vobis dominus ad vescendum.

℣. Non Moyses dedit vobis panem de cælo sed pater meus dat vobis panem de cælo verum. Iste est panis ℣ Dominus vobiscum ℟. et cum spiritu tuo.

Oratio.

Precamur domine deus tuæ pietatis clementiam, ut panem istum cælesti bene ✠ dictione sanctifices, et ita ex hoc fugare digneris omnem diabolicæ tentationis incursum: ut quicumque ex hoc comederit totius virtutis, et sanitatis dulcedine perfruatur: et tibi sanctificatori, ac Salvatori omnium, gratias cum gaudio et letitia agere mereamur. Per Christum Dominum nostrum ℟. Amen. ℟. Respexit Helias ad caput suum subcinericium panem qui surgens comedit et bibit: Et ambulavit in fortitudine cibi illius, usque ad montem Dei ℣. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum.

Oratio.

Te igitur suppliciter deprecamur: ut bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare digneris hanc creaturam panis: ut quicumque ex eo gustaverit: per intercessionem dilecti tui Nicolai de Tolentino, consequatur vitam æternam, et extingue ab omnibus digne sumentibus, si quid venenum si quid mortifere operationis fuerit et clementer eos defende Per Christum Dominum nostrum ℟. Amen

Oratio.

Deus, et pater Domini nostri Jesu Christi, cuius verbo cæli firmati sunt: cui omnia subdita sunt, cui omnis creatura deferunt et potestas subiecta est et metuit et expavescit: nos te ad auxilium provocamus: cuius audito nomine serpens conquiescit, draco fugit, silet vipera et omnia venenata: et adhuc fortia animalia reptantia noxia terrentur: et omnes adversæ salutis humanæ radices arescunt. Te ergo Domine suppliciter deprecamur, ut bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare digneris hanc creaturam panis, ut quisquis ex hoc comederit, per intercessionem dilecti tui Nicolai de Tolentino vitam æternam consequatur. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum Qui tecum vivit et regnat

Aspergatur panis aqua benedicta et distribuatur, devote cantando Hymnum sancti Nicolai. scilicet

Hymnus

Laudibus summis celebremus omnes
Regis æterni memoranda dona:
Mentibus lætis modulemur eius
Grandia facta

Qui dedit quondam fidei coruscans
Sydus ex aliis oriensque caelis,
Sancta quem mundo peperit beatum
Monica patrem.

Ex suo te tunc grege procreatum
Multa post tandem reuoluta saecla
Contulit dignum Nicolae nobis
Eius alumnum.

Cuius ingentes memoresque gestas
Res queat nemo satis explicare
Cuius excelsas, celebresque laudes
Nemo referre.

Diue, caelestisque habitator aulae
Diue, qui tantis meritis opimis
Viuis, et gaudens super alta caeli
Astra triumphas

Laus patri summo genitoque semper
Quique procedit deus ex vtroque
Spiritus sanctus deus vnus idem
Laus tibi semper. Amen.

Ant. Nicolaus verus christi pauper ℣.
Ora pro nobis &c.

Oratio

Concede quaesumus omnipotens deus: vt ecclesia tua quae in fine saeculorum ineffa:bile prouidentia Beati Nicolai confessoris tui virtutum et miraculorum magnitudine co:ruscat: ipsius meritis, et intercessione, eliminatis erroribus, perpetua pace, ac vnitate laetetur. Per omnium.

Diuinum auxilium maneat semper nobiscum amen.

Et tradatur infirmis, a quacunque infirmitate detentis. Si autem Domus comburatur in ignem. Si uero periculum naufragii maris immineat, in mare proiiciatur, cum inuocatione auxilii sancti Nicolai de Tolentino.

Cum fratres debent aliquo ire, eadem die non reuersuri, accedat ante maius altare et positis genibus dicant Psal: Beati immaculati in via vsque Retribue. Cum Gloria patri, et filio et spiritui sancto Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen.

Kyrieeleison
Christeeleison
Kyrieeleison
Pater noster &c.

℣. Et ne nos inducas in tentacionem.
℟. Sed libera nos a malo
℣. Mitte nobis domine auxilium de sancto
℟. Et de syon tuere nos
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat

℣ Dominus vobiscum
℟ Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Adesto domine supplicationibus nostris: et viam famulorum tuorum in salutis tuae prosperitate dispone, ut inter omnes et vitae huius varietates, tuo semper protegantur auxilio Per christum dominum nostrum ℟ Amen.

Cum vero redeunt accedant ante maius altare, et positis genibus ut supra dicant Psal Leuavi oculos meos in montes Cum Gloria patri

Kyrieeleison
Christeeleison
Kyrieeleison
Pater noster etc.

℣ Et ne nos inducas in tentacionem
℟ Sed libera nos a malo
℣ Saluos fac seruos tuos
℟ Deus meus sperantes in te
℣ Domine exaudi orationem
℟ Et clamor meus ad te veniat
℣ Dominus vobiscum
℟ Et cum spiritu tuo

Oremus

Omnipotens sempiterne deus miserere nobis famulis tuis, et quicquid in via nobis surripuit visus aut auditus malae rei, aut ociosi sermonis, totum ineffabili pietate absterge Per christum dominum nostrum ℟ Amen.

FORMA COMMUNIS ABSOLUTIONIS

FACTA CONFESSIONE A POENITENTE. DICAT ei confessor: Misereatur tui &c. Indulgenciam absolutionem &c. Postea.

Dominus nr̃ Jesus chrus per suam piissimam miam̃, et sanctissimam passionem te absoluat, et ego auctoritate ipsius q̃ fungor, in quantum possum et deo, absoluo te ab omni vinculo excoiois minoris, si teneris, et restituo te S. Sacris Ecclesies, si indiges. Iterum absoluo te ab omnibus peccatis tuis mihi confessis et oblitis, mortalibus et venialibus cum circunstanciis eorum, quomodocunq; vel qualitercunq; offendisti deum creatorem tuũ, animam tuam, et proximum tuum. Passio Domini nr̃i Jesu chr̃i, et merita B. Marie semper virginis, et oim̃ sanctorum; et oĩa bona, que fecisti, et facies et aduersa q̃ sustinuisti et sustinebis: sint tibi in pniam et in remissionem peccatorum tuorum, et in augmentũ grãe diuinae In noĩe pris &c. Vade in pace et noli amplius peccare. Forma absolutionis plenariae in mortis articulo. Et pro habentibus indulgenciam plenariam semel in vita vel in mortis articulo, dicto Misereatur et Indulgenciam. erigat se sacerdos et dicat super infirmum

Dominus nr̃ Jesus chrũs per suam piissimam miam̃, et sanctissimam passionem q̃s pro nobis passus est. ab oĩbus peccatis tuis te absoluat: et auctoritate eius, et Beatorum apostolorum Petri et Pauli, et S. Ro. Eccle. et summi Pontificis. N. in hac parte tibi concessa, et mihi cõmissa, absoluo te ab oĩbus excommunicationibus et suspensionibus, si teneris, et restituo te sanctis sacris Ecclie, et vnitati fideliũ, Item absoluo te ab omnibus tuis pctis, contritis, confessis, et oblitis, cũ circunstanciis eorum: quocũq; vel qualitercũq; offendisti Creatorem tuũ animã tuam, el proximum tuum. ¶ Eadem auctoritate summi pontificis, in qñtum possum et debeo absoluo te si ista vice morieris ab oĩbq poenis tibi in purgatorio debitis pp culpas, et offensas, quas contra Deũ cõmisisti et in quantum mihi permittitur, restituo te illi innocenciae; in qua eras quando baptizatus fuisti. Si vero hac vice ñ morieris, reseruo hanc plenariam indulgentiam tibi concessam. pro vlti. art: mortis tuae) ¶ Passio Domini nr̃i Jesu chr̃i, et merita B. M. sp̃ virginis, et omnium sanctorũ et omnia bona, q̃ fecisti, et facies et aduersa q̃ sustinuisti et sustinebis, sint tibi in poenitentiam, et remissionem peccatorũ tuorũ, et in augmentum grãe diuinae In nomine pris &c. Dominus protector tuus et defensor vitae tuae. Postea dicat Sacerdos hunc Psal: cum infirmo uel solus. In te domine q̃ dr̃ ad completoriũ post ℣ Saluum fac seruũ tuum domine. ℟ Deus meus sperantem in te. ℣ Mitte ei auxiliũ de sancto. ℟ Et de Syon tuere eum. ℣ Esto ei Domine turris fortitudinis. ℟ A facie inimici. ℣ Nihil proficiat inimicus in eo. ℟ Et filius iniquitatis ñ apponat nocere ei. ℣ Domine exaudi ℟ Et clamor **Oremus.**

Omnipotens sempiterne Deus salus aeterna credentium, exaudi nos pro famulo tuo infirmo pro quo mĩe tuae imploramus auxilium, vt reddita sibi sanitate gratiarum in ecclesia tua tibi referat actiones. Per chrum dominum nr̃m ℟ Am. Demde iniungat ei paruam pniam, et dicat ei; si sanabitur (vt speratur) maiorem agat pniam, quam sibi dominus inspirauerit, hortaturq; infirmum, vt p̃dictum Psal. saepe sepius sibi legere faciat: sicuti faciebat B Nicolaus q̃ fz. S. Hieronymum, et Cassiodorum, ualde prodest infirmis, et est summe vtilitatis et consolationis. Horteturq; et ad accipiendam sanctissimam Eucharistiam, vltimo ad dispositionem verũ domesticarũ &c. Haec ẽ summistis.

¶ Forma gnalis absolutionis circa fres nros qfit a Prelatis nri ordinis, in quibusdam solemnitatibus et capitulis, erga fres suos subditos.

Facta humiliter confessione gnali ab omnibus fratribus, erigat se plat⁹ dicens. Misereatur vri &c. Indulgenciam absolutionem et remissionem &c. Postea.

DOminus nr Jesus chrus per miam suam vos absoluat, et ego auctoritate qua fungor, et quatenus mihi concessa est: absoluo vos a vinculo excomunicationis maioris, vel minoris, et a participatione cum excotis, et a macula apostasiæ si incurristis, et restituo vos sanctis Sacris Ecclie et comunioni fidelium, si necesse est. In noie pris ✠ et filii &c. Eadem auctoritate mihi concessa in quantum possum et debeo, dispenso vobis super maculam irregularitatis (si tenemini) et restituo vos ad executionem et administronem sanctorum Sacramentorum Ecclesiæ, et ad alia. Ab apertis culpis et a oibus transgressionibus Regulæ et ordinis nri: Dominus nr Jesus chrus uos absoluat et ego auctoritate qua fungor absoluo uos. IN nomine patris ✠ et filii ✠ &c. Do uobis auctoritatem meam et vnusquisque vestrum possit sibi eligere confessorem idoneum, habentem scientiam et consciam ordinis nri, a quo valeat absolui ab omnibus peccatis suis quemadmodum et a me. In nomine pris &c. Pro spirituali poenitentia sacerdotes dicant semel. Laude Dominum omnes gentes, non sacerdotes. Pr nr et Aue Ma.

¶ Nam absolutio ab excom. semper pcedere det absolutionem a peccatis.

Pro benefactoribus.

Oratio.

DOmine Jesu christe te deprecor pro me misero peccatore et pro omnibus benefactoribus meis, et pro quibus in particulari teneor, et pro illis, qui se commendauerunt orationibus meis, et pro parentibus meis, ac consanguineis: et pro cuncto populo Christiano, tam pro viuis, quam pro defunctis viuis et donis veniam, mortuis requiem sempiternam, infirmis sanitatem, peccantibus indulgentiam, nauigantibus portum salutis ostende. Qui viuis et regnas cum deo pre &c.

VITA B. AVGVSTINI EPISCOPI

Nascitur beatus Augustinus, Idibus Nouembris sicut ipse scribit
[illegible]n libro de Beata Vita, scilicet Tertiadecima die mensis Nouembris: cur-
[illegible]ente Anno Domini 357 in Aphrica ciuitate Tagastensi, ex patre
[illegible] et Monica matre deuotissima.

[illegible]tur Mediolani a S. Ambrosio Episcopo die quinto mensis Maii
[illegible]etatis suæ trigesimo mensibusq. sex: Sic enim inquit Possido-
[illegible] vita beati Augustini c. 2. Et erat tunc annis maior triginta, sci-
[illegible] mensibus sex. Et ex 6. lib. confess. c. 11. et alibi: et Sermo. ad Erem.
Sermo. 27 currente Anno Domini 388. sanctoq. habitu religioso ere-
mitico, ab eodem sancto Ambrosio induitur; scilicet cucullo nigro,
et cingulo ex corio precingitur. Sicut testatur idem sanctus Ambro-
sius in sermone quem fecit de Baptismo Augustini: et tunc ambo Hy-
mnum. Te Deum laudamus, cecinerunt. hæc ibi sermo. 92. part. 3

Sacrosanctam Religionem suorum fratrum Eremitarum insti-
tuit et fundauit in Italia in quodam monte Pisano: ubi adhuc
erat locus eremiticus nræ religionis, qui uocatur Luppuscauus: An-
no ætatis suæ 32 completo: in mense Octobri currente Anno domini
390. Quam religionem (uiuente ipso Augustino) beatus Innocentius
Primus Auctoritate sua Pontificia approbauit et confirmauit. Anno
domini 406. postea a quamplurimis aliis Pontificibus Romanis
fuit confirmata. Ex Chron. Anton. et Ordin. nri. nri.

Episcopus Hipponensis creatur: Anno ætatis suæ 36. salutis vero
394. Et tunc clericos suos quos in Episcopatu habuit reformauit,
hereticos prædicatione, necnon disputatione prostrauit, atq. destru-
xit. Deuios in viam penitenciæ etiam reduxit. Tandem ieiuniis
et orationibus vacans, libros multos scribendo, et in doctos eru-
diendo moritur in ciuitate. Hipponensi, astantibus Fratribus suis
Eremitis die 28 mensis Augusti: Anno domini 434 cum vixis-
set annos septuaginta sex menses nouem dies 15 Ex Possidonio.

ORDO ergo Eremitarum sancti Augustini, quo ad primam su-
am institutionem dicitur antiquior, et primus inter omnes or-
dines Mendicantium: quia primus fuit institutus et approbatus

Præcedentia vero inter eos, non attenditur penes antiquam in-
stitutionem, et approbationem, sed tantum penes primam habi-
tationem in ciuitate. Nam qui eorum primi ad habitandum in
ciuitate venerunt, primum locum obtinuerunt circa præcedētiā.
Hinc est quod in aliquibus ciuitatibus Dominicani, et Francisca-
ni præcedunt Augustinianos: non quia primi fuerunt instituti

seu approbati: sed quia primi iuerunt ad habitandum in ea ciuitate: et ideo in quibusdam aliis ciuitatibus Augustiniani praecedunt Dominicanos et Franciscanos: sic etiam est de Carmelitis, et aliis Mendicantibus.

ORATIO AD OBTINENDAM VENIAM pro defectibus in diuino officio commissis.

Leo Decimus concessit, quod quicumque dixerit infrascriptam orationem, et in fine illius, unum Pater nr, et Aue Maria: pro felici statu nri Pontificis, et Ecclesiae sanctae dei, consequatur plenariam remissionem omnium defectuum, in illa hora vel in illis horis, si plures dicerentur, (humana fragilitate) commissorum.

Oratio

Sacrosanctae, ac indiuiduae Trinitati, Crucifixi Iesu Chri domini nri humanitati: et beatissimae ac gloriosissimae Virginis Mariae faecunditati, siue integritati: et omnium sanctorum uniuersitati: sit sempiterna laus, honor, virtus et gloria, ab omni creatura, nobisque remissio peccatorum per infinita saecula saeculorum Amen. Et beata viscera Mariae virginis, quae portauerunt aeterni patris filium, et beata ubera, quae lactauerunt Chrm Dominum. Pater nr. et Aue Maria pro intentione supradicta etc.